LIBELLVS CONTINENS ECLOGAS ET ALIA QVAEDAM POËMATIA DIVERSIS TEMPORIBVS ET OCCAſionibus compoſita,

A

Ioachimo Camerario Pabeperg. plærisq; nunc primum in lucem prodeuntibus.



LIPSIÆ

Anno M. D. LXVIII.

LIBELLVS CONTINE

ECLOG

ET ALIA QVAE


POËMATIA DIVER

TEMPORIBVS ET OCC
ſionibus compoſita,

A

Ioachimo Came

rio Pabeperg. plæriſq; nunc
mum in lucem prodeuntibu



LIPSIÆ

Anno M. D. LXVIII.

gitized by Goog

LIBELLVS CONTINENS ECLOGAS ET ALIA QVAEDAM POËMATIA DIVERSIS TEMPORIBVS ET OCCAſionibus compoſita,

A

Ioachimo Camerario Pabeperg. plæriſq; nunc primum in lucem prodeuntibus.



LIPSIÆ

Anno M. D. LXVIII.

GENEROSO ET NOBILI COMITI AC DOMINO, DOMINO ANTONIO IOACHIMI F. COMITI Ortenburgenſi, &c. Domino ſuo clementi.

S. D.

GENEROSE ET NObilis Domine: Etſi abs tua generoſa clęmentia, ex quo vna fuimus anno ſuperiore in Gallia, nihil litterarum accepi, cum quidem in Italiam veniſſe te cognouerim: tamen perſuaſum ſubmiſſe habeo, tuam generoſam nobilitatem neq; oblitam eſſe conſuetudinis noſtræ, & benigniſſ. voluntatem erga me ſuam clementer retinere. Cumq; tu etiam diſcedens facile proſpicere potueris, quam ſæua tempeſtas Galliæ vniuerſæ impenderet, non dubito quin cura aliqua de ſalute mea ſis affectus, quamuis non ignoraret Clæmentia tua, quod ego me quaſi in angulum quendam ad Nitiobrigas contuliſſem, Commota autem & illa regio fuit, ita vt atrocitas ciuilium bellorum, qua legendo hiſtorias aliquando animo meo fuiſ-

ſem perturbatus, ante oculos inque manibus verſans mirabiliter terreret,(fatebor enim verum) me,neq; ingenio militari præditum,neq; in re bellica excercitatũ.Sed neceſsitatis vis in omnes partes maxima eſt. In quo quidem diſcrimine res fuerit,Tuam Clementiam iamdudũ reſciuiſſe arbitror, neq; cõmemorando renouare triſtitiam illam debeo. Vitans autem periculum in vrbe vbi Martis iam, non Apollinis artibus opera dabatur,in alterum periculum me conieci iter faciendo, & anni tempore difficili,nimirum Brumæ, & per loca tam militum diuerſarum partium copijs, quam latronum (quod genus ad ſuum quæſtum talibus occaſionibus abuti ſolet) cœtu paſsim infeſta. Eramus autem numero, qui nos coniunxeramus, non multi, periculiſq; capitis aditis, ita euaſimus,vt diuinitus nos protegi euidenter appareret. Et in itinere autem & poſtea cum in Germaniam perueniſſem,de belli Gallici calamitate & florentiſsimi regni cladibus, ea audiendo comperi,ex quibus ingentem accepi dolorem, & metus mihi incuſſus eſt eorum euentuum, quos partim videmus extitiſſe, partim quaſi in foribus eſſe animaduertitur. Itaq; non modo ego neq; fortis neq; prudens, ſed virtute & ſapientia præſtantes viri valde verentur, ne in articulum inciderit ætas noſtra fatalis miſeriæ iampridem multorum vaticinationibus

bus

bus prædictæ. Intelligitur autem eis deſperationis cuiuſdam ſingularis cauſſam dare, omnium vbiq; vel ſecuritatem vel negligentiam, aſpicientium quidem illorum & ſentientium quid fiat & quo tendant incepta, cum tamen neq; alienis malis ſibi proſpicere edoceantur, neq; publicæ priuatæq; rei reſpectu ſolicitentur, ſatisq; habeant tanquam procellas atque grandinem infelicitatis nondum ad ſe peruenisse. Sed in hac mentione & moratur diutius & euagatur longius oratio, quam conditionem annosque meos decere videatur. Hæc igitur Deo ęterno committamus, & de ſalute patriæ, qua omnium noſtrum ſalutem contineri vtinam æque ſtatuerent vniuerſi, miſericordiam ipſius imploremus precibus noſtris. Cum autē ad meos rediјſſem, & domi multas ob cauſſas detinerer, cœpi patris mei chartas diſperſas atque confuſas colligere & euoluere, inq; ijs reperi nonnulla ſcripta magis informata ac effuſa ab ipſo, quam elaborata atq; perfecta, quæ quidem eiuſmodi mihi viſa ſunt, vt editione in vulgus non eſſent prorſus indigna. Quod autem tuæ generoſæ clementiæ ſubmiſſa memoria perpetuo hæreret in animo meo, ex ijs exemtum quoddam opuſculum ita diuulgandū modo duxi, vt tuæ generoſæ illud nobilitati quaſi dedicatum ſubmiſſa compellatione mea, in lucem prodiret. Eſt autem hoc ſpecie nequa

quam præclarum; cum & argumentum exile, & explicatio vulgaris eſſe videatur. Qui tamen adhuc eruditæ doctrinæ ſtudio tenentur, ij facile perſpicient, genus iſtud ſcriptorũ tale eſſe, vt eo mirifice excerceri ingenia ſoleant, & implicari multa liberali cognitione dignißima. Cuius exemplum habemus luculentum Virgilij, qui præſentibus negotijs & rebus ſententias & rationes priorum a Græcis potißimum acceptas applicando, poëmatia eiuſmodi compoſuit, quibus & ipſe elaborandis præparauit ſecuturis operibus induſtriam ſuam, & materiam reliquit bonarum litterarum ſtudioſis conſiderationis variæ copioſam. Non autem quid ægiſſet, & in quo veluti ſpacio decurrìſſet attentio & labor ille diſsimulauit, titulo etiam demonſtrando factum, & præſcribendo ἐκλογῆς nomen. Sed de his extant & aliorum & mei quoq; patris diſputationes pleniores, neq; plus verborum a me faciendum eſt. Scripſit autem hic plæraq; a me iam conquiſita, ante multos annos quodam in receſſu peſtilentiæ tempore. Cætera inter peregrinationes commentatus in cartas coniecerat. Cum autem permiſſu ipſius iſta a me colligerentur, & ego quæ occaſiones huius illiusq; componendi fuiſſent, quærerem: Neq; plane ipſe de quibuſdam reſpondit, & aliqua tamen, & quæ cauſſam dediſſent operi efficiundo, mihi, vnde excerpendo

cerpendo accepiſſet, demonſtrauit. Hæc enim me vtiliter cogniturum eſſe dicebat. Quorum quæ putaui indicanda, ſtudui etiam ipſa in fine huius libelli exprimi. Ijs autem quæ proprie Eclogæ ſunt, addidi & alia quædam prius quoq; edita poëmatia, quæ viderentur recte cum illis poſſe coniungi. De quibus ſpero bonam exiſtimationem futuram omnium conſiderantium ea tempora, quibus ſcripta ſunt. Verum quæ diuulgantur, de ijs iudicium legentibus liberum relinquitur. Quam fortunam, qui periclitari nollent, eos vel ſcribere omnino nihil, vel non proferre ſcripta oportebat. Meæ voluntati his edendis autor ideo minus eſt aduerſatus, quod diſcipulis Muſarum, id eſt bonarum artium ac humanitatis, ſperaret profuturam lectionem iſtorum ſaltem exemplo, quod ſequentes facultatem doctrinæ augere, & ſi anniterentur, meliora & pulcriora ipſi fabricando poſſent effingere. Tuæ quidem generoſæ nobilitati hanc operam edendi iſta gratam acceptamq; fore perſuaſum habebam, & ſubmiſſam opinionem fouebam animo meo, probatum quoq; iri dedicationis compellationisq; huius ſtudium generoſæ clementiæ tuæ, cuius mihi eſſet benigniſs. affectio erga meum patrem cognita, & ſingularis clementiæ ſummus erga me fauor perſpectus. Quod ſi nihil impedimento fuerit (& res enim incertæ, &

tempora dubia ſunt) breui alia quoq; vt proferantur, enitemur, quæ in tanta huius ætatis nouorum librorum multitudine, & ipſa conſpiciantur. Tuam generoſam clementiam bene valere,&, quod fieri ſubmiſſa perſuaſione habeo pro certo, me inter ſuos perpetuo numerare, ex animo cupio. Vale. Lipſiæ VII. Cal.Sextilis. Anno Chriſti M.D.LXVIII.

T. G. N.

add.

Ludouicus Ioach. F. Camerarius.

Thyrſis
ECLOGA PRIMA.
MENALCAS, THYRSIS.

Me. THyrſi nouella tuæ carpunt virgulta capellæ,
Hic vbi ſilua tegit Galli cognominis arcem,
Interdicta gregi, gregis interdicta magiſtris.
Vidi ego præteriens, & abegi a frondibus iſta,
Bella reliquerunt quam vix mihi prox. claua··
Th. *Communis ne etiam prohibebimur aëris vſu,*
Corpora reſq; tenent noſtras, cur vita Menalca
Heu miſeris ſupereſt? eſſemus morte beati.
Me. *Quo ſis Thyrſi loco, quaq; in regione memento.*
Nil tacite ſatis effertur, mentis quoq; tutos
Eſſe parum ſenſi motus. Victoris ad aures
Omnia fert miſcens veris mendacia fama.
Nos quoq; ſi volumus quod res eſt, Thyrſi, fateri:
Felices nimium fuimus, Piguitq; manere,
Aduerſus dominos cum cepimus arma coloni,
Et manibus deiecta ſolum planxere nefandis
Tecta ſuperba patrum. Nunc quas deiecimus arces,
Penſamus merita noſtro de ſanguine pœna.
Th. *Non omnes fuimus ſcelerata mente Menalca,*
Crede mihi rapuit multos in prælia partis
Vis, quæ deſertos ſubigebat, ſeditioſæ.
Quid facerent inter dominis fugientibus illi
Hoſtilem turbam? Multos quoq; vidimus horum
Se iunxiſſe ſuis de ſeruis hoſtibus vltro.

Ergo quod ijs impune fuit, victoria contra
Dum ſtabat, quocunq; modo quæſijſſe ſalutem,
Nec voluiſſe ſuam vitam pro laude paciſci,
Ignoſcant eadem turbæ peccata miſellæ,
Vindictaq; velint ſaltem moderatius vti.
Me. *Hæc vtinam poſſis ipſis, quoq; Thyrſi probare,*
Non videat patrijs alienos Illus in agris,
Theſtylis abducti non ploret fata mariti:
Quē iam bis ſenos ſtringunt prope vincula menſes,
Nullius ſontem ſceleris neq; crimine læſum.
Hæc tibi pro meritis redduntur præmia Mœri.
Th. *Nos ſeruaſſe fidem tamen hunc audiuimus inter*
Deformem dominiq; fugam plebisq; tumultus,
Atq; ſuum innumeris caput obiectaſſe periclis,
Dum paci medium ſeſe offert, agmina ſolus
Seditioſa obiens propter Regneſidas vndas.
Illo etiam inſonti victores & caput & rem
Pollicitos, dictū eſt, fore ſalua ita vt ante fuiſſent.
Me. *Audiſti verumq; fuit. Sed gratia tantum*
Pro meritis, poſtquam timor eſt ſublatus, habetur,
Succenſum quātum ſatiant lingua arida flammā,
Aut quantum eſuriens teneris lupus abſtinet agnis.
Tum vero promiſſa celer nunc Thyrſi, fidemq;
Fert Aquilo, & ſæui diſpergunt aëre Cori.

Diræ ſeu Lupus.
ECLOGA II.

OMnia luſtratis certo qui lumine Diui,
Di ruris pecudũq́; & agreſtia numina, voſq́;
Cælicolæ, neq; enim vobis indigna videri
Hæc quoq; cura poteſt, noſtris aduertite veſtros
Propitij rebus vultus, hæc præmia contra
Inueniat pietas audacia facta malorum.
Ecce greges miſera formidine nunc etiam intra
Septa tremunt, vacuis tutus manet hoſtis in agris,
Hoſtis in exitium natus peſtemq́; bonorum,
Nullo crudeles ſatiatus ſanguine rictus,
Cuncta cruentiuoris qui per loca faucibus errans
Interitum miſeri ſpirat gregis, omnibus ille
Infeſtus ſtabulis lupus, ah lupus ille meorum
O dolor ille meus. Sed nec vos turba fidelis
Rebus heri cuſtosq́; canes potuiſſe tueri
Commiſſas paucas pecudes. Tuq́; omnibus ante
Eſſe alijs præſtans qui ſtrenuitate ſolebas
Argeme, quo virtus tua, quo nunc robur abiuit?
Scilicet hoc fuerat? neq; enim nitet vt prius, eſtq́;
Scabra cutis, lacrimis oculus completur obortis,
Dens liuet, miſerum me, num pede claudicat vno?
An magis eſt fractum tibi crus, aut fallor, vtrunq;?
Cuius ego hoc dicam ſcelus? An quoq; ſcilicet ille
Impius incautum & nota virtute ſuperbum
Inſidijs captum ſic debilitauit, & ingens
Argeme præſidium noſtris te rebus ademit?

Quæ ſuperi vobis eſt delectatio, tales
Viuere in exitium peſtes, & damna valere
Armentorum hominumq́;, nec illis poſſe nocere
Morborúmue famiúe luem, cum corpora noſtra
Et pecoris placidi tot ſint obnoxia damnis?
Quid faciã? aut ſcelerate modo quo te lupe perdã?
Nũc tuũ ad exitiũ ferrũ & mihi flãma parata eſt,
Nunc lacerare tuas & agris diſpergere carnes
Geſtio, nunc auibus fixas cruce grandibus eſcam
Ponere: Sed noſtram tutus fugit impius iram,
Et ſiluam latebraſq; ſuas manet inter opacas.
Nocte abit ad præda, neq; tũc ignem aut timet en-
Deuitatq́; pericla oculo penetrante tenebras. (ſem,
Auxilium reliquum eſt ſolum & ſpes carminis: Illo
In viridi gelidum diſrumpi vidimus anguem,
Et tenero enectas creſcentes gramine fruges,
Torrentiſq́; retro conuerſas fluminis vndas,
Pinguib. euerſam hoc ſegetẽ quoq; meſſe propinqua,
Atq; aruis alios migraſſe feracibus agros,
Et ſiccata bouis plena vbera conſtat opimæ.
Quin etiam infernas inuadere carmina ſedes,
Atq; audent imis animas excire ſepulcris.
Quid memoro terrena? rubentem carmine phœben
Et neſcire loco ſcimus potuiſſe moueri.
Carmine quid dicam ventos imbreſq́; citatos,
Et denſa latos conſperſos grandine campos?
Carminibus iunctus, ſubijt iuga Colchidos anguis
Flammeus, aërioq́; impreſſa eſt orbita cliuo.
Exitio letoq́; tuam dabo, ſcilicet & me
Reſpicient ſuperi, nutritam ſanguine vitam.

Hæc mihi quæ triuio ſoſſa eſt de tramite radix,
Atq; hæc herba notis ſuperinſignita cruentis,
Suſpenſa arboribus, tua quæ veſtigia,quæq;
Relliquiæ prædæ, pelles,& diſſita totis
Lana iacet fundis, & humo ſimul obruta: tandem,
Si Furiæ & noctis,Diræ aſpirare fauorem
Progenies, noſtro inuitata carmine,pergent,
Te Lupe te miſera proſternet morte, tuumq;
Obijciet calcatum auibus lacerumq; cadauer.
At vos ô ſæuæ huc immanſuetæq; ſorores
Ferte ſimul Furiæq; pedem Diræq; timendæ,
Et metuenda malis vindicta,furorq; laborq;,
Ac ſcelerum veſtris caput hoc agitate flagellis,
Atq; diu multumq; prius vexate,fugæq;
Terrorumq; malis,animam quam mittere Diti
Veſtrum odium & feritas dignetur, vbi ille ſuorum
Perſoluat ſcelerum pœnas ſine fine modoq;.
Interea metuat ſemper mens conſcia,cunctos
Horreſcens auræ ſtrepitus, cupiatq; nocere
Nec tamen inueniat.Sed & hæc ſimulacra nocendi
Perturbent animũ miſerũ, & ſe plus quoq; quã ſit,
Quamuis eſſe magis nequeat,putet eſſe nocentem.
Spectet ineſcatam ad veſtigia ſingula foſſam,
Cuncti intenta ſibi videantur ſpicula rami,
Omnibus & laqueati innexi in vepribus hami,
Depoſita & folijs medicata ſub omnibus offa.
Semper te armatum viſum inclamare viator,
Semper & exagitare velit, tibi tela tibi arcus
Geſtet, & audaci venabula grandia dextra.
Vno ſed nunquam eripiat conamine vitam,

Nuncq;

Nuncq́ aurem, nunc & ſpumantia ſaucius ora
Incanaſq́ genas, & nares turpiter atras
Nunc ignita etiam & ſplendentia lumina nocte,
Aufugias, fœdoq́ diu cruciere dolore.
Sæpe pedes fixus ferro ſpináue recedas,
In latus & partem tanquam caſurus vtranq;:
Tunc vero te agat & per ruſtica turba ſequatur,
Nec facile effugere & minime pugnare valentem,
Te longa atq; niuoſa & iniquo frigore bruma
Seminecemq; fame & conſumtum tabe relinquat,
Omnia ſint inimica tibi cœlumq́ ſolumq́
Fluminaq́ & curuis ſtagnantes vallibus vndæ.
In te ſæua ruat catulis orbata, canumq́
Vrſa ferox ira & multo irritata latratu.
Atq; vtinam & noſtra edantur tellure leones,
Deprecer in te vngues aliquis diſtringat acutos,
Deq́ cutem fœda trahat à ceruice reuulſam,
Quo miſer ex vno prolixam vulnere mortem
Oppeteres. Sed cum ſiluis ac montibus errent
Non vlli noſtris, caueæ ſed frangere clathros
Harum alicui detur, quæ per ſpectacula quondam
Ducunturq́ feræ & Regum ſeruantur in aulis.
De tamen hac noſtra quæcunq; cupidine fiant,
Te timor infeſtet, premat & miſerabilis horror
Aeternum, & grauiora etiam grauioraq́ multo
Expectes ſpereſq́ miſer, ſitq́ omnibus vnum
Supplicium ante aliјs cedens perculſa metu mens.

QVERE-

Querela ſiue Age-
læus, εἰς ποτηριοκλέπτην.
ECLOGA III.

ERgo nouis tenuis mea res obnoxia damnis
Semper erit? lacrimas ſemper iactura recentes
Eliciet quædam, & curas curæ accumulabunt?
Vix miſeras, læſis multis, in ouile reductas
Collegi medicans pecudes, magnoſq́ dolores,
Mente gregis conſternati mœrente, repreſſi:
Deuouiq́ lupum diris, ſæuasq́ ſorores,
Quæ face, quæ ferro exagitant loriſq́ nocentes,
In caput infandum & facta ad ſcelerata vocaui:
Cum nouus heu dolor obijcitur, noua cordaq́ remq́
Detrimenta meam lacerant: furtoq́ requiro
Pocula rapta mihi, pulcerrima pocula, quorum
Materiam vincebat opus. nec dicere poſſes
Contemplans oculis, de qua trabe ſectilis eſſet
Termes, & in noſtra lignum creuiſſe negares
Arbore, ſed terræ ſiluas miſiſſe remotæ.
At bonus Euphorion cælarat imagine multa,
Frondeq́ acanthifera geminas obduxerat oras:
In medio viuis ſaliebat fontibus vnda:
Septenas, mirum, vnda vias diuerſa recurrens
Ad caput, & liquido complectens labra meatu.
Hanc propter, Pan verus oues per gramina, perq́
Auricomos flores, per prata virentia ſeruans
Paſcebat, quasdam & limpha merſare ſalubri
Cernere erat, ſcabiemq́ gregi detergere fidum
Paſtorem.

Paſtorem. Primo hoc pecudes tenuiſſe magiſtro,
Scimus læta, omni poſita formidine, tutas,
Paſcua, & in ſyluis erraſſe armenta reductis.
Non cuſtode lupus fuit hoc metuendus ouili,
Quem ſiccæ fauces, rabiesq́ʒ inſtigat edendi
Verrentemqʒ ſolum cauda, inſidiasq́ʒ parantem,
Cum fremit ad caulas perpeſſus plurima, & ille
Impaſtus, veſana fames, leo, quippe furenti
Suadebat, ſtabula alta auſus petere ore cruento,
Reiectus, rapidos fruſtra diſtringere rictus,
Et quaſſare iubas fruſtra & collidere caudam.
Parte alia, vt de centum ouibus deerrauerat vna,
Inuentam geſtabat: onus prædulce reportans
Ipſe ſuis humeris, ſeruata lætus alumna.
Parte alia fœtam pecudem eniſuq́ʒ grauatam
Ipſe leuans, tenerum referebat vimine partum.
Idem etiam horrendi, giris ingentibus, anguis
Viroſum caput & iugulum contriuerat, ille
Vano calcipetam vibrabat verbere caudam.
Ad fundum mulier niueo circundata amictu,
Et velata comam, atqʒ oculos deiecta pudicos,
Paruum ſollicitis manibus complexa tenebat,
Infantemqʒ ſinu puerum lactabat aperto,
Vnica cura Dei atqʒ æterno tempore Veri
Panis amor. Cupido ſpectans quæ lumine diuum
Pendere à ſolo ſe ſignificare volebat.
Illum haud inferior ſub pectore cura fatigat:
Diſſimulat vero, atqʒ aliò ſua lumina flectit,
In caræ vultus tamen illa ſubinde retorquens,
Nec texiſſe poteſt diuinæ incendia flammæ.

Quid memorem his quoq; plura alia? vt ſuperevolet
Candidus vndantes latices hic, florea ſurgat (ales
Iſtic purpureo reſplendens virga colore.
Vt niueos panes puer vrna deferat aurea.
Torreat vt geminos piſces carbonibus al[illegible]
Impoſitos, dulceſq; fauos in ceſpite ponat,
Vinea vt vuiferos ſpargat formoſa racemos.
Hæc quondam egregius paſtor mihi donat habere
Pocula Soſylus, qui multa pericula cernens
Impendere ſibi, haud capiti vitæq; pepercit,
Vt grex tuta ſuæ commiſſus pabula curæ
Carperet. Ille mihi quondam in regione futurus
Infeſtaq; feris diraq; latronibus, infit,
Iſta tenens ſacra cœleſtia pocula dextra:
Accipe care puer, quæ nunc tibi munera paſtor
Montibus in veſtris nulli bonitate ſecundus
Sponte fero, certa in diſcrimina mortis iturus.
Hæc quoties feſtis facietis ſacra diebus
Paſtores, menſaſq; pijs onerabitis eſcis,
Soſyli memores, poſitas ſpumantia vino
Ante dapes ſtatuetis & his potabitis omnes:
Nominis atq; aliquis noſtri præfatus honorem,
Hæc paſtor dicet nobis dedit optimus ille
Ferre ſui æternum monumentum & pignus amoris.
Dixerat. atq; illum immeriti præſagia lethi
Excepere, feris vitam, ſæuoq; reliquit
Corporis exuuias & veſtimenta latroni.
Hunc liquidi fleuere lacus, rupeſq; dederunt
Horrendos gemitus, tremuitq; exterrita tellus
Morte viri, & claros texit caligine vultus

Phœbus, vt è medio tum decedebat olympo.
Aſt ego diuini paſtorum dona magiſtri,
Sæpe hilaris feſtis veneratus cœtibus,huius
Muneris autorem ſolitus depromere turbæ.
Heu furto vacuam triſtis nunc execror arcam,
Talia ſed miſeris quis ademit pocula nobis?
Scilicet illa aliquis tulit inſidiatus amico,
Fronte tegens fraudem,blandiſq; hoſtilia verbis
Propoſita occultãs. Neq; enim hæc niſi pocula notis
Dilectiſq; mihi promens,afferre ſolebam.
Suſpicor heu qui ſit tanti mihi vulneris autor,
Suſpicor,aut potius certum ſcio,ſed quid id ipſum
Scire iuuat? Nempe hic gaudens audace rapina
Fur Agelæe tuus, nunc montes impiger altos,
Nunc fluuios ſuperat cuſtos alienus,& inter
Oſtentat ſocios furti ſpolia iſta ſuperbi,
Simplicia irridens decepti pectora amici.
Aſt illi facinuſq; probant,patrataq; laudant
Furta mali,artifices ſcelerum,fraudiſq; nefandæ,
Turpe ſodalitium,& tegere improba facta parati.
Quæ nunc ô miſerande ſacrorum forma tuorum,
Solenniſq; dapis ſpecies quæ deinde futura eſt?
Nunc Agelæe inſtant pro frugibus annua vota,
Nunc luſtrandus ager: profer Soſylea lætus
Munera, & inſtructis epulis hunc addito honorem.
Me miſerum,an damnis nũquam ludibria deſunt?
At quid fur ſcelerate tuis quid ego imprecer auſis?
Quoq; fugam facinuſq; tuũ omine proſequar ab-
Pabula terra tibi,potum tibi deneget amnis, (ſens?
Atq; venenatum ſpiret contagia cœlum.

Omnia

Omnia ſint inimica tuæ & contraria vitæ.
Quodq́; agis, adijcias ſceleri ſcelus, atq; nefandis
Flagitijs probra aucta augeſcant, auſibus auſus.
Te veniens primo ſol ſpectet iniquus Eoo,
Oceaniq́; cadens ſero auerſetur in vndas.
Te fugiat caſta luce aſpexiſſe Diana.
Adq́; tuos trepident exterrita ſidera vultus,
Omnis gens, ætas, natio, ſexus, genus, ordo,
Mortales omnes odio tua furta ſequantur.
Cunq́; tuis pones precioſis pocula menſis,
Implebisq́; mero nobis erepta, bibatur
Bilis amara tibi & miſtum immedicabile virus.
Cochleaq́; infuſos arrepens ore liquores
Inficiat ſanie fœdo ſpurcaq́; ſaliua.
Sacrilegoſq́; ſequens conturbet Nauſea potus:
Quodq́; bibes Cyclopæos vertatur in hauſtus.
Inprimis ſceleris perdat te conſcia tanti
Horribili ſemper mens externata furore.
Te ſuper & ſtrictos enſes vindicta coruſcet:
Te ſuper & quatiat ſtans vltio dira catenas.
Nil ſit dulce tibi rerum, nil gaudia vera
Afferat, & ſenſus contaminet omnia fraudum.
Tempora quæq́; ferunt alijs nocturna quietem,
Illa ferant tibi præcipuos violenta labores.
Tunc videare tibi timidus decurrere longum
Incomitatus iter, feſſos tremor occupet artus.
Frausq́; premat iugulum, guttur præfocet inhærens
Impietas: laqueum trepida ceruice timenti
Spectantiq́; retro tibi deſperatio nectat.
Vndiq; perculſo & trepido obſtent carceris vmbræ

Horrentes, caua tetra, negentq́ue euadere ſonti.
Exoriare olim e noſtris paſtoribus vnus,
Qui fidenti animo & lethum contemnenti,
Prodita voce orbi clara, impia furta repoſcat:
Voce potente ſceleſte tuos obtundere faſtus,
Aſtutumq́ue nefas decepto oſtendere mundo.
Nam non hæc tua fraus, non hæc iniuria ſola eſt.
Quicquid erit, certe meritas dabis improbe pœnas
Telluris cœliq́ue odium. cui iam Deus ipſe
Imminet infenſus dignasq́ue exaſperat iras.
At mihi tecum inimicitiæ & diſcordia ſemper,
Iuſtaq́ue ſemper erit conſtanti corde ſimultas,
In freta dum current linquentia flumina fontes,
Dum laſciua petet cythiſum ſaliceſq́ue capella,
Arida dum pluuio tellus lætabitur auſtro,
Gaudebitq́ue ſeges cœlo matura ſereno.

Lycidas.

ECLOGA VI.

LYCIDAS PALAEMON.

Lyc. *CVr non has ſalices atq́ue hæc arbuſta Palæmon,*
Noſtra, vt ſæpe, ſacra reſpõdẽt carmina luce?
Pal. *Et fatere & feciſſe iuuat. Sed vt ante ſolebat*
Excitet agreſtem Lycida tua fiſtula Muſam
Hic vbi perſpicuis riuus præterfluit vndis
Crebra rigans viridis naſturcia margine ripæ
Lyc. *Siue vbi nos ſtratis gelidante ſedilibus vmbra*

Populus

Populus inuitat,ſpacioſo vbi mollia amaris
Appia graminibus Serpyllo intexta vireſcunt.
Pal. *Si tibi quis Lycida par eſt, eſt vnus Iolla.*
Lyc. *Quid ſi idem eſt cunctis par his in vallibus vnus.*
Pal. *Incipe quando inter molles conſedimus herbas,*
Inter & arguto ſtridentes ore cicadas,
Incipe ſi quid habes: ſeu vinctũ ob Mœrida queſtus,
Siue ſui Lamenta ob fratrem fratris Iollæ,
Lyc. *Immo in crudelem quæ nuper ſcripta Gigantem*
Compoſui, & tenuis peraraui cortice fagi,
Experiar,contra deuotum ſcripta Tyrannum.
Pal. *Sunt & in illius longæ mihi facta querelæ*
Impia,& in terris caput execrabile.Quin &
Fabor enim Lycida, ſunt noſtro in carmine manes,
Et peſtes herebi,& Dirarum nomina,& illæ
Horribiles cinctu ſerpentum & crine ſorores.
Sed,nec enim feſtis fas ſit memorare diebus
Talia, in hac aliud ſeruemus carmina tempus,
Mœridis & caſus miſeri lamentaq́; fratris
Nunc deflere iuuet,grata hac quoq; credere Diuis
Eſſe futura libet pietatis munera noſtræ.
Lyc. *Et nos recta mones & dicis vera Palæmon*
At vos,nam res eſt ope veſtra digna,Camenæ
Dicite Sicelides fatum miſerabile noſtri
Mœridis,& grauis exemplum memorabile caſus.
Te virtus te Mœri tua & mens conſcia recti
Perdidit,& ſæuis fortunæ caſibus agit.
Namq; quid inſontem terreret? Nemo timere
Conſueuit ſceleris niſi conſcius. ille ſuperbus
Securusq́; omni poſita formidine ſiluis

Dumq; vagus miſer in deſertis ſaltibus errat,
Et reſonare ſuam montana cacumina nympham,
Et reſonare docet viridantes gramine valles,
Nympham Naiades qua non formoſior inter
Mœnidas, & totis Francorum montibus, Aeglen:
Dicite Sicelides quæ Mœrida fata tulere.
Illa quoq; haud ſegnes animo perceperat ignes,
Atq; hominũ atq; Deum præ illo ſpernebat amores.
Ah quoties fruſtra iuuenes tua flectere corda
Tentauere, tibi non poſſunt illa moueri
Nec prece nec precio. Solus tibi Mœridos ignis
Mentem vrit, Soloq; tuo illius vritur igne.
Dicite Sicelides quæ Mœrida fata tulere.
Quin etiam agreſtes fruſtra tibi munera Fauni
Et fruſtra admouere preces. Tu Mœride ſummum
Non velles mutare Iouem. Te nollet & ille
Germanam vxoremq; Iouis. par flamma medullas
Vrit, & accenſos animos vtriuſq; pererrat.
Dicite Sicelides quæ Mœrida fata tulere.
Vnus at offenſus contemto ex agmine Faunus,
Quod ſibi quodq; alijs præferret Mœrida cunctis
Nais, acerbatis concepit mentibus iras,
Inq; odium ingentem maius conuertit amorem
Dicite Sicelides quæ Mœrida fata tulere.
Sed teneram nollet, ſi poſſet, lædere nympham,
Inq; odio occultatur amor. Tunc omnis in vnum
Ira odiumq; cadit, Tunc vindicta omnis in vnum
Mœridæ te, te Mœrida enim traducitur, & te
Nil tale ille ſua fretum virtute timentem
Excipit incautum Regneſi ad fluminis vndam,

Cum

Cum iam nox denſa tegeret caligine terras.
Et miſero nectit duris ex vincula loris.
Dicite Sicelides quæ Mœrida fata tulere.
Tunc & arundinibus fractis quas ille gerebat,
Et quibus in propriam celebrarat Naiada cladem,
Et rulum, ad veteris conſtrinxit fragmina trunci,
Iucunda inuidiæ ſocijs ſpectacula Faunis
Dicite Sicelides quæ Mœrida fata tulere.
Illi etiam ingenuos lacerarunt ſentibus artus,
Et generoſa notis pinxerunt membra cruentis.
Illi etiam inualidis fuſtes fregere lacertis,
Verberibusq́ toros preſſere immitibus altos.
Atq́ ita mulcato miſero & mala verba locuti
Diſcedunt, animo & ſpe vitæ linquitur ille.
Dicite Sicelides quæ Mœrida fata tulere.
Iam roſeis prouecta in equis aurora ferebat
Cœlicolis lucem & miſeris mortalibus almam,
Cum quas ſæpe ſuos petijſſet Nais amores
Splendorem amplexura niuis ſuperantibus vlnis,
Piſcoſi liquidas Regneſſi venit ad vndas.
Dicite Sicelides quæ Mœrida fata tulere.
Atq́ ibi crudeles perpeſſum in Mœrida pœnas
Incidit, neq́ loco veſtigia territa fixit.
Sed, quis enim ignorat ſit tam miſerabile paſſus
Supplicium, flexo Nympha diſcedere greſſu
Cœperat, At calamos vidit lanamq́ iacentem
Mœridos, ipſa intertexto quam neuerat auro:
Tum vero obſtupuit, compleuitq́ æthera queſtu,
Purpureas lacrimisq́ genas madefecit obortis.
Inq́ ſuum exanimem Mœrin ruit, inq́ iacentem

Brachia conſtringens circum lacera ilia iactat,
Oſculaq́ exangui numero ſine figit in ore.
Dicite quæ Mœrin ſeruarint fata Camenæ.
Ille anima excitus nymphæ,ægre lumina cœlo
Attollens tanquam ex lætali emerſa ſopore:
Occidimus miſeri inquit, & hæc vix pauca locutus
Demiſit vultus, oculosq́ recondidit intra
Palpebras, iterum attollens iterumq́ remittens.
Illa ſed irrorans lacrimas & ſauia labris
Inuergens roſeis: Non occidimus tamen,inquit,
Funditus: In te aliquid ſi vitæ Mœri relictum eſt.
Perfer & obdura,multi multa ante tulere
Immerito ſæuæ fortes opprobria ſortis.
Tempus erit quo reſpiciet Deus hæc quoq́ uindex.
Omnia non fallente Deus qui lumine cernit.
Viue mihi ſi non tibi vis,Me perdere Mœri
Si te non ſeruare cupis,me perdere noli.
Hic etiam poterit viuo tibi caſus honori,
Hic etiam poterit caſus viuo eſſe ſaluti.
Omnis ſi occideris tecum ſpes occidet vna.
Viue ô Mœri,mihi vita dilectior ipſa.
Dicite quæ Mœrin ſeruarint fata Camenæ.
Huic oculos alte attollens flenti:O mihi quam nunc
Nympha viam ad mortem conturbas inquit apertã
Quotq́ tua inuiſam cupienti abrumpere ſeruas
Ad mala & ærumnas lucem prece? Iam mihi ſiluæ,
Iam valles collesq́ valete in montibus altis,
Fluminaq́ & vitrei fontes,& florida prata.
Non ego vos poſthac complebo carmine,nec me
Audiet hic viridi ſtratum ſub fronde capella,

Non ouis herbifero quærens ſua pabula campo.
Hic iaceant fracti calami, mea maxima quondam
Cura, nec vlterius reſonent mea carmina ſiluæ.
Ipſe miſer noſtras deinceps intra abditus ædes,
Quicquid erit vitæ tenebroſis exequar vmbris.
Tuq́; vale, ô quæ nunc odioſæ ad munera vitæ,
Et me nympha vocas ingratæ lucis ad vſum.
Quam vitabo tamen tectus caligine lucem,
Atq; tibi me non mihi conſeruabo petenti.
Dicite quæ Mœrin ſeruarint fata Camenæ.
Sed quis, Nympha refert, ſcit quam mox afferat illã
In roſeis aurora diem præfulgida bigis,
Quo ferat iſtius caſus tibi fama ſalutem,
Famaq; quo caſus te iſtius honoribus ornet.
Tunc & ages ſeruatrici grates mihi. Tunc &
Mœri voles vixiſſe, & tunc meminiſſe iuuabit
Aduerſorum, & ſumere ab his præcepta iubebis
Degendæ natos vitæ caroſq́; nepotes:
Ne velit eſſe ſua quiſquam virtute ſuperbus,
Cuncta timens, paucis credens, nihil eſſe fidele,
Nil firmum certumq́; putans, alta omnia vitans.
Quam, ſi non fallunt miſeræ præſagia nymphæ,
Affore lætificam paruo poſt tempore lucem
Augurор, hoc de ipſo viuamus tempore uterq́;.
O mea quam læta fagus tunc fronde vireſcet,
Et multam hiberno diſperget puluere glandem.
Pal. *Dignũ lacte tuum, & dignum mel lingere guttur,*
Et glutire offæ bouis oblita fragmina pingui:
Quod tã dulce melos, quod tã bona carmina fudit.
Si tamen & noſtris fas eſt ſtridoribus inter

Diuini eſſe locum cantus numeroſq́; poëtæ:
Dicite Theſpiades fraterni carmina luctus,
Quo miſerum frater fratrem defleuit Iolla.
Illum & ſol veniens mœrentem audiuit, & vndas
Oceani ſerus repetens, audiſtis & ipſa
Plurima quæ tacita fulgetis ſidera nocte,
Aedibus abſtruſum medijs, neq; enim ante venire
Suſtinet ora hominum, nec ſeſe oſtendere luci.
Parietibus tantum ac denſa caligine tectus,
Et triſti proſtratus humi miſerandus in vmbra,
Aut inter pecoris corpus ſtramenta volutans,
Immundo aut iactans exanguia puluere membra:
Hæc lacrimabilibus queritur concentibus, Ipſæ
Contriſtantur oues, ſtabula & ſentire videntur.
Quid me nunc, nam de te actum eſt, cariſſ. frater,
Quid fiet? vita frater mihi carior ipſa.
Tecum omnis mea ſpes cecidit. Tu perditus & me
In letum exiliumq; rapis. O ſi mihi plagas
Excipere, & duræ pro te ludibria ſortis,
Te florente ac incolumi Germane, liceret,
Poſteritati ego quæ pietatis ſigna dediſſem,
Ipſe mihi & quantam peperiſſem hoc nomine fa-
Dicite Theſpiades fraterni carmina luctus. (mam?
Nec tamen accuſare alios miſerabilis auſim
Exitij Germane tui. Quanquam tua virtus
Atq; expers animus ſceleris, mens conſcia recti
Te iuuere parum. Simplex, bonus, integer, inſons,
Quippe iaces, cum tot viuant valeantq́; ſceleſti.
Dicite Theſpiades fraterni carmina luctus.
Heu mihi quid tãtum fruſtra laudatur honeſtum,

Omnia

Omnia callida vis aufert bona. Quis bonus vnquã
Non præda fuit aſtutis. Quem non violenta
Dextra bonũ oppreſsit. Sic te quoq; quod male cau-
Frater eras, vis atq; dolus circumuenit, inq; (tus
Perniciem, nos in luctus detrudit acerbos.
Dicite Theſpiades fraterni carmina luctus.
Nunc mihi nec ſilua nec prata virentia, Nunc nec
Arua placent, non pinguis ager, Non vallibus imis
Molliter in viridi decurrens gramine riuus.
Omnia ſunt inuiſa loca, in quibus ante ſolebam
Et curis laxare animum & renouare quiete,
Nanq; tui luctu nos & formidine caſus
Afficiunt terrentq́;. Et quæ Germane tuliſti
Ante ſolent oculos hæc tanquam ponere noſtros.
Dicite Theſpiades fraterni carmina luctus.
Quis nunc Regneſsi ripas & amœna fluenta,
Arbore quis colles & pulcra fronde refertas
Carmine complebit? Quis vocem emittere poſt te
Audebit? cuius fundet iam fiſtula cantus?
Sed poſt diuinos vates etiam ante fuere,
Auderent miſeram cantu qui frangere vocem,
Nec nemus atq; agri taciti Corydone fuiſtis
Extincto, & cecinit poſt fata aliquis Melibœi,
Daphnide nec paſtor defuncto obmutuit omnis.
Nunc & erunt, qui te ſtridant Germane ſilente.
Dicite Theſpiades fraterni carmina luctus.
Scilicet inuidia premimur. namq́; optima nullo
Certa aut ſunt diuturna ſtatu. Sed peſsima ſemper
Inconcuſſa vigent. At virtus caſſa frequente
Cultu, & quod ſpretum vulgo ridetur honeſtum,

Quanto

Quanto rara magis res, tanto impenſius æquum
Conſulere huic omnes fuerat. Nunc præmia nulla
Fert bonitas. Virtus iacet, exagitatur honeſtas.
Dicite Theſpiades fraterni carmina luctus.
Ac te non modo non faciles Germane tuumq;
Protexere caput diui, aut tenuere cadentem,
Sed quædam iniecere ſuas etiam tibi dextras
Quæ dici in terris & haberi numina vellent.
Dicite Theſpiades fraterni carmina luctus.
Sic & Achilleam cedem confecit Apollo,
Adiuuitq; manum Iliadæ paſtoris, vt aiunt.
Ipſa per infeſtum pelagus fluctusq; ſonantes
Diſperſit Graium & demerſit in æquore claſſem,
Inq; duces ignem eſt Pallas iaculata paternum.
Inuidia ergo illos animos excercet & ira
Diuinasq; dolor mentes odiumq; fatigat.
Dicite Theſpiades fraterni carmina luctus.
Sed quid ago? aut quorſum vanas contexo querelas?
Nec celi aſpiciunt nec terræ hunc numina caſum.
Aut ſi forte videt, Quid nos iuuat: Immo etiã ipſum
Et iuuat ah demens, & deinde iuuabit Iolla.
Virtutem eſt pulcrum immeritam feciſſe ruinam,
Teq; ærumnoſum non inuentum eſſe nocentem.
Semper erit, fuit & ſemper Deus, vnde bonorum
Penderet ſpes, auxilium, protectio, cura.
Ille diu interdum ſcelus & mala paſſus inulta,
Oppreſſosq; bonos, tandem reſpexit vtrosq;:
Et dedit ambobus mercedem ac præmia digna.
Hoc quoq;, cuncta Deus qui vindice lumine cernit,
Ille Deus, nec vana fides, oculis animoq;

Infan-

Infandum facinus nonnunquam aduertet Iolla.
Talibus ille modis luctum ſolatus acerbum
Leniuit cura hac imperſanabile vulnus,
Intolerabilibusq; malis medicamina fecit.
Dum tempusq; & longa dies conſueta doceret
Aegre ferre minus fortis mala. Sed quoq; vos iam
Claudite Theſpiades fraterni carmina luctus.
Lyc. *Et nos montiuagis tantum creſcentibus vmbris,*
Ac fumante omnis vicina culmine villæ,
Ad tuguri noſtri redeamus tecta Palamon.
Pal. *Aſpice rorifera vt Lycida nebula incubat aruis,*
Et tegitur gelida iamdudum riuulus aura,
Veſper adeſt noctem claram, & fortaſſe ſerenam
Qui lucem vehat: Hoc ſpondet tacitum nemus, & (quæ
Aëriam ſupra en tollit ſeſe ardea nubem.
Quod tempus tria ſigna probant dubium eſſe nega-
(tur.

Marile.

ECLOGA V.

FOrte per illuſtrem dum ſcindit vomere noctem
Pingues Illus agros, ſeptena Pleiados aſtrum
Obſcurante ſua plena prope luce Diana:
Propter equos Marile ingrediens deducit habena
Vt rectos teneant ſulcos deliria vitent.
Ipſe opus vrgentem vocem inter talia fundit
Carmina, reſpondent vicinæ carmina ſiluæ,
Et iuga fraxineis haſtilibus obſita montis.

Vos

Nos quoq; Sicelides, non ſolum Crathidos vndæ,
Non tenuit Sibaris, non Imera, ſed freta quondam
Proxima tranaſtis, Latijq; per arua vagatæ
Minciades noſtras inter celebrare choreas,
Et placuit ſocias adhibere in carmina nymphas.
Pergite Io ſi ſtatis equi non pergit aratrum.
O quam felici fuit ortus ſidere paſtor
Ille Siracuſijs ad quem veniſtis ab agris.
Fortunate ſenex ergo tua fama manebit,
Flumina dum fontes linquent, dum frondib. arbor
Vere nouo teneris gaudebit, floribus horti,
Laneolæ grauido turgentes palmite gemmæ.
Et tua nunc impreſſa humili veſtigia terræ
Poſteritas ſtudio magno ſectatur, & illis
Inſiſtens Sicula pangit duce carmina Muſa.
Te vero ætherea veneratur ſede locatum,
Et feſtas agitat luces, Idusq; frequentat,
Idus quæ magnum octobres genuere Maronem.
Pergite Io ſi ſtatis equi non pergit aratrum.
Inde etiam aërias trans alpes præpete vectæ
Penna, Germanas ſero veniſtis in oras.
Hic primum & lutei ripas coluiſtis Hiere,
Pegneſicq; leues tenuiſtis fluminis vndas.
Et nunc Regneſſum circa & vicina fluenta
Ludere digreſſas veſtro pauliſper ab Heſſo,
Non piget, & cari paſtoris viſere amicos,
Lyncidem, Micam, Thaumantem, Mœrim, Iollam,
Et raſum, neq; enim Muſæ contemnitis, Illum.
Hic inſueta oculis vidiſtis plura Latinis,
Atq; oculis illic viſa eſſent ante Pelaſgis.

Nec

Nec vos offendit cultu tam paupere tellus,
Nec fructus herbæq; aliæ. Non laurea Phœbo
Nulla quod in noſtra fieret regione corona,
Non quod Cecropiæ nusquam eſſet ramus oliuæ.
Non quod equus glebas inter ſudaret, aratra
Pectore nexa iugis ducens, non & tamen armis
Nunquam equitem geſtans, Quem iam dux flectit
Docta meis Marile iuſſis parere vocata. (habenis
Pergite Io ſi ſtatis equi non pergit aratrum.
Quæ tamen o noſtris quæ te res abſtulit aruis,
Quæue tibi ſuaſit nobis aduerſa voluptas,
Heſſe, olim deſerta redire in rura colonum,
Qua fluitans aluei cœno fœdatur Hieras?
Pergite Io ſi ſtatis equi non pergit aratrum.
Nunc & arundinibus ſpretis Pegneſides, alta
Per valles mœſtæ ſiluasq; ſilentia ſeruant,
Aut fluuio latitant merſæ. Non panes, vt ante,
Noride valle tui quærunt ſolatia cantus.
Fons quoq; dilectus tantum tibi ſqualet, & vndis
Triſticiam præ ſe turbatis ferre videtur.
At campis miſeræ pecudes arentibus errant,
Paſcua nec ſicco carpunt immunda palato,
Abſtinet eſuriens pallente à fronde capella, (dent.
Nam neq; prata virent, neq; frondes arbore gau-
Iam neq; celeſti tinguntur gramina rore,
Sed deſiderio luctuq; tui omnia marcent.
Pergite Io ſi ſtatis equi non pergit aratrum.
Nunc illæ arrectis tacitæ longe auribus aſtant,
Si qua ferat ſonitum diuini carminis aura,
Si quos fundat, vt ante, nouos tua fiſtula cantus.

Atq; ita dum totis inhiat productus inani
Spe cantus, diuine tui vocisq́; Poëta,
Solibus, ingratis paſci grex immemor herbis,
Seu folijs vento ſtrepitum audiuere citatis,
Siue aliquis temere, per ſibilus aëra venit,
Nocte domum vacuos ventres vberq́; reportant.
Tunc fruſtra & preßu digitorum Theſtylis illis
Molitur niueos lactis deducere riuos,
Nec quicquam & quærunt ſitientes ſugere fœtus.
Pergite Io ſiſtatis equi non pergit aratrum.
Fertile nunc noſtrum ante ſolum, ſterileſcere pri-
Incipit, & meßis reſpondet nulla labori. (mum
Non armenta nitent pinguedine, non magis edunt
Fœtum auctum numero pecudes, quæq; ante tulere
Bina omnes, vix nunc eniti ſingula poſſunt.
Pergite Io ſiſtatis equi non pergit aratrum.
Me quoq;, me quoq; amor Marile tenet, omnib. illa
In quæcunq; loca Heſſus habet migrare relictis.
Atq; vna pecudes viridi compellere campo,
Atq; vna liquidas impellere fontis in vndas.
Illius interea dulces mihi fiſtula cantus,
Dulce melos diuiniloquo vox fundet ab ore.
At nos nunc omni perarato rure ſub ipſam
Auroram & Solis radijs ac luce propinqua,
Hoc in aratrum ab equis ſiſtamus ſine ſolutum.
Tu Marile e ſtabulis immitte in paſcua vaccas,
Nos vbi equos prato paſtum religarimus illo,
Demeſſa heſterno frumenta legemus ab agro.
Ite hac ponite equi feßi iuga, ſiſtite aratrum.

CARPO-

Carpolimæus.

ECLOGA VI.

PALICVS ET CARPOLIMAEVS.

HAEc quoq; Sicelides peregrinas viſere ſedes
Dignata, & mecũ Francos cõſcendere mõtes,
Et paucas viridi pecudes compellere prato,
Mœnus vbi nomen Regneſi inuoluit & vndas,
Atq; auctus tanto vehemens iam flumine, ſubter
Vitiferos colleſq; per aruaq; pinguia fertur:
Hac etiam alterna paſtorum carmina voce
Dicite, decantata Palico & Carpolimæo.
Tu quoq;, qui mihi cum tempus puerilibus annis
Suauiter ingreſſum iucundos prabuit vſus
Poſterioris amicitiæ ætatiſq; ſequentis,
Huc ades & noſtra, Stibare, inter arundine cantus
Expreſſos molli corpus proſtratus in vmbra
In tenero requieſce gelu. Sed & ipſe labellum,
Nec tibi ſit pudor, agreſti quondam imbue Muſa,
Nec pigeat cannas mecum triuiſſe paluſtres,
Poſtq; habeas paruis tua magna negotia rebus.
Quid paruas ſed ego voco res? hæc regibus ante
Cura fuit magnis. Pecora inter & ipſa Dearum
Connubia inuenere. Quid an non paſtor Apollo
Pheræas pauit pecudes, & gramine letis
Aemonia in campis cuſtos armenta coëgit?

Perge mihi auditos iampridem, Siceli, cantus
Subijcere, & numeros paſtorum ac dicere verba,
Non prius auditos numeros in vallibus iſtis,
Auribus atq; aui verba inconſueta prioris.
Tempus erat vitreis cum ros in gramine guttis,
Et pecori aura leui cum flamine grata iacebat,
Expediente nouam Tithoni coniuge lucem,
Carpolimæus oues cum matutinus agebat
In prope ſubiecti de montibus æquora campi,
In camposq; armenta Palicus agebat eoſdem
Iamq; vbi congreſſi nota in regione locorum
Blanda ſalutanti iunxerunt verba loquela,
Tunc ſtirpi inniſus ſic Carpolimæus acernæ,
Cur non ſolis, ait, venientia lumina noſtra
Voce ſalutamus Muſamq; Palice ciemus
Ignotam hac in valle prius ſiluiſq; Latinam?
Incipe quicquid habes. neq; .n. tibi carmina deeſſe
Nec poſſunt vndæ Meno, non calculus vndis.
Nos te, tuq; iterum nos deinde ſequere Palice,
Sic melius paſcentur oues armentaq; latis
Grata magis carpent errando pabula campis.
Dixerat. At baculo incumbens ſic ille colurno
Incipit. aërijs pendens in rupibus Echo
Carminis ingeminat fines ſiluiſq; remandat.

Pal. *Floret ager, rident herbæ nemus omne vireſcit,*
Celifluo prati gramina rore madent.
Pabula læta boues neu parcite carpere Tauri,
Omnia fert iterum quæ tulit ante dies.

Car. *Quin tondetis oues, fatuum pecus, æquora campi,*
Nocte domum vt redeant vbera plena meam.

Ne

Ne ceſſate. nihil ſuper his in vallibus herbæ
Poſtquam erit, eſt alio copia parta loco.
Pal. *Sit medio vmbra die, & mecum mea Phyllis, & her-*
Vacca ſub argutis ruminet Ilicibus. (bas
Florida vox reſonet vicina à fronde cicadæ,
Et ſtudeat miſeræ diues auaritiæ.
Car. *Ipſe caput iaceam ſubnixus ceſpite, & vna*
Molle pecus plexo crure quieſcat humi.
Fiſtula fruſtratos mea ſpem ſoletur amores,
Vrbani ſtudio ſollicitentur opum.
Pal. *Admiratur amatq; meam mea Phyllis auenam,*
Noſtra tua potior fiſtula Phœbe lyra eſt.
Hic noſtri in tenero libro ſculpentur amores,
Quos legat in grandi cortice poſteritas.
Car. *Me Marile neq; amat, neq; gaudet carmine noſtro,*
Vror nunc etiam cuius ab igne miſer.
Hoc leget in veteri gradiens hac ſtirpe viator,
Notaq; erit Mariles omnibus improbitas.
Pal. *Non me armenta ſequi, neq; me ſeruire puellæ,*
Ocia me ignauum nec coluiſſe pudet.
Mors quoq; prudentem rapit & mors impia fortē,
Femina Dis etiam grata pecusq; fuit.
Car. *Ipſe infelici tabeſco functus amore,*
Atq; inhio erepta nunc etiam Marilæ.
Ergo delectat me ſolum nunc pecus, abs quo
Sit grauis & Regum vita futura mihi.
Pal. *Argeme te ſomnus domat Argeme ſomnus inertem,*
Nec tibi cura mei nec tibi cura boum.
Sed nullæ inſidiæ hic, nunc tuto armenta vagantur,
Ne tibi conceſſa parce quiete frui.

Car. Ne tibi, ne ſopor ignauo ſurrepat hylactor,
Quid dederit turbæ ſcis Lupus [illegible] e, puto.
Cum damni procul atq; mali timor [illegible] abeſſet,
Si libet omnino credere, crede par[illegible].
Pal. Aſpera ſunt patriæ noſtræ loca. quam breuis æſtas
Quam tarde abſcedit, quæ cito venit hiems?
At Latijs contra narrant paſtoribus eſſe
Aeſtates longas, eſſe breues hiemes.
Car. Aſpera ſunt patriæ mihi grata n[illegible] loca, quamuis
Omnia in Auſonio ſint meliora ſolo.
Audio enim quendam vitam ſpeuiſſe Deorum,
Præ patriæ experti fertilitatis agro.
Pal. Hæc Corilus furcæ fabricandæ erit apta bicorni,
Hæc ſed erit Corilo fraxinus apta magis.
Dentibus armabo nunc ad fœnilia raſtros,
Arida tracture gramina Phylli tibi.
Car. Ad frumenta dabit palam hæc mihi fagus, & illa
Fumo dura mihi tilia buris erit.
Tum noſtro Hampelio fuſtes cedentur ab orno,
Area pulſa quibus meſſe referta gemat.
Hæc illi imparibus numeris alterna canebant,
Aureus æſtifero cum ſol ſublimis in axe
Rorem auido lambens herbas ſiccauerat ore,
Claudere cum ſic te cœpiſſe palice Camœnam
Agreſtem memini, numeroſq; & verba notaui.
Hirce gregis ductor quid reſpicis improbe, quidue
Ceruice obliqua & tranſuerſis cornibus aſtas?
Ecce caput procera etiam fricat arduus alno,
Erigit inq; pedes ſe nunc vmbraq; minatur
Ipſe ſuæ inſultans, miſcereq; prælia geſtit.

Quin

Quin & inerme vides nuda concurrere fronte
Inter ſe pecus,& venientem à vertice plagam
Excipere obiectu. Quæ vos tamen ira fatigat,
Quiue domat placidos animos furor? Hoc mihi cer-
Non temere,quicquid tamen hoc eſt,eſſe videtur.(te
Siue dies alios tempeſtas fingere cœlo,
Atq; ſerenificum parat infuſcare retuſa
Luce diem, & gelidos demittere nubibus imbres:
Seu magis armorum ſunt hæc portenta, maliq;
Mentibus in mollis pecoris præſagia belli.
Tum miſeros ô ter nos, Carpolimae,quaterq́;,
In quos vel ſolos vel maxima damna redundant.
Tunc neq; fœturam nobis,nec flumina præbet
Lactea grex,ſed præda agitur,qui plus valet,hoſti
At nos infelices ſerui abducimur vna,
Aut cæſi noſtriſq́; bonis vitaq́; caremus.
Conflagrant ſtabula igne, illataq; horrea meſſe.
Sed non Saturno quondam regnante, timebant
Paſtores gladios aut ferrea tela,ſatiſq́;
Stipite contra dextra feras armata valebat,
Aut nodoſo etiam rapto ex animalibus oſſe
Armorum inuentus deinde omnia ſuſtulit vſus
Commoda ſecuræ pacis placidæq́; quietis.
Dixerat,at tu ſic es Carpolimae ſecutus.

Car. *Quid curis fruſtra laceramus corda, Palice.(eſt*
Quicquid id eſt,quod fata ferunt, nos ferre neceſſe
Nec tamen ante ſuũ veniunt mala,nec bona, tẽpus,
Quæ non maturat ſpes, non formido moratur.
Hoc melius: Quæ læta Deus dat munera vitæ,
Grata mente frui,non triſtia ferre moleſte,

Non eadem ante metu capere. Hoc, vide,vt illa iu-
Cura meos nihil attingit,quē ducat opimū (uencos
Et mactet lanij diſperſo dextra cerebro.
Nunc virides carpunt herbas, nunc ceſpite ſubter
Arboreas molli frondes ſtrati, ante comeſa
Pabula,quæ faciant robur carnesq́;,remandunt.
At vitulus flores laſciuus turbat amœnos
Calcibus inſultans leuibus, nec craſtina curat.
Sed deerrans meus ille procul depaſcit iniquo
Arbuſtum Rufus laurentis dente tenellum.
Arma manu mihi ſunt capiēda pedumq́; ſcrobeſq́;,
Dulcia quam magis & magis apta, Palice, gerenti
Quam quæ luctifici memorabas ferrea belli.
Hæc memini.& ſcrobe percuſſum mugiſſe iuuencū,
Hacq́; modos tenus alternos iuiſſe Camenæ
Sicelidos,lateq́; iuga inſonuiſſe per ora
Francidos, & viridis nemoroſo in margine ripæ.
Teutonicæ ſiluis mirantur Oreades altis,
Miranturq́; leues muſcoſa valle Napeæ.
Cæruleis pater ipſe alte caput extulit vndis
Menus, & inſolitam cupidis vocem auribus hauſit.
Paſtorum gaudens ſtudio famaq́; ſuorum.

Melibæ-

Melibœus.
ECLOGA VII.
MELIBOEVS, CLAVSVS ET PERILAS.

NVper in abiegna dum ſorte ſub arbore ſilua,
Feſſus humi lignis paulum requieſco ſecandis,
Iam placido leuior veniebat anhelitus ore,
Et ſudorifluos vultus ſiccauerat aura:
Cum procul e ſilua ſubiectis vallibus imæ,
Propter aquæ vitreum qua ſe viridantia riuum
Oſtendunt prata, & longo tractu inter apertos
Procedunt colles, vacuas vox perculit aures
Incerti ſonitus. Ipſe erigor, & caput alte
Attollo contra mihi qua viſa illa venire,
Agnoſcoq; hominis clamorem & iurgia noti
Paſtoris Perilæ. Sed enim quid diceret ille,
Nec potui qui cum litem cognoſcere, haberet.
Quid facerem? Neq; quo factos mea Barbila panes
Torreret lignatus erat, neq; illa iuuabat
Iurgia, ſi poſſem, & motas componere lites,
Dum quid agam quæro, grandeſcit clamor, & inter
Incipit arboreas reſonans crebreſcere frondes.
Poſthabui panes & ligna, eq; arbore rapta
Protinus ex alto decurro monte, bipenni.
Ventum erat ad ſiluæ dumeta extrema, ibi ego illũ
Paſtorem, & Francum vidi contendere Clauſum,
Et varia iratis intendere iurgia verbis.

Subſtiti,vt illorum propius certamina poſſem
Perſpicere & belli cauſas intelligere omnes.
Tum ſic Clauſus: An hoc ne potes ſcelerate negare?
Mœridis hanc clauam geſtare.hanc ille requirens,
Nuper enim dixit, Perilas hanc abſtulit ipſe.
Cui Perilas toruo, quid ais vultu,nebulo,inquit,
Aut hæc in quo lana foro tibi, Clauſe parata eſt?
Quam ſi forte meus te indutum cernat Amyntas,
Te vetet vlterius furacem extendere dextram.
Quis tuus hanc,Clauſus,quis.n.tuus inquit, Amyntas
Geſtarat,quam me furatum ais improbe lanam?
Nempe mihi cuius perijt mea fiſtula fraude,
Quam mea fluminea compegit arundine nuper,
Deq; opere illo etiã manus hoc habet,aſpice,vulnus.
An tibi ait calamus Perilas,aut fiſtula cera
Iuncta fuit? Meq; aſpiciens propiora ferentem
Ex carecto ima denſo veſtigia ſiluæ,
Opportune inquit, Noſtin Melibœe magiſtrum
Carminis hunc,miſeras qui nuper cepit auenas
Mordere,huic calamos meus eſt furatus Amyntas.
Noſſe potes me Clauſus ait, Melibœe. Quid autem
Eſt verbis opus. hæc ego preſsi pignora lactis
Depono,quantum Gerile mea condidit vno
Menſe,quater binæ mulgens plena ubera vaccæ,
Iſte honor, hoc à me precium eſt non vile futurum
Carminis, hic, neq; enim detrecto,iudicet hoſpes.
Tu dic quæ tribuas victori præmia victus.
Pallada quondam etiam in certamen porca vocaſſe
Dicitur, ille inquit. Quin tu modo, quin modo iu-
Eſſe velis Melibœe. ſed eſſe voles Melibœe. (dex

Hoc

Hoc ego quantum vno ter denis lactis & ipſa
Confecit de ouibus menſe Vrſula pingue renidens
Infra æque ac ſupra,non vilia pignora pono.
Quin igitur viridis recubantes gramine cliui
Hos ſubter corilos alternis dicitis, inquam.
Namq; meo iuuat ante operi res ponere veſtras.
Tuq́; prior qui auſus certamina poſcere,Clauſe,
Incipe, te Perilas alterna voce ſequetur.
Pan Tegeæ noſtras venit de montibus oras,
Pan noſtras & ſeruat oues & carmina curat.
Per. *At mea Teutonidas delectat fiſtula nymphas,*
His armenta mihi tuto cuſtodibus errant.
Cl. *Dicite fonticolæ ſilueſtria numina Nymphæ,*
Præbuit hac quando ſe Pan regione videndum.
Per. *Teutonides mea cura deæ: ô qualia veſtra*
Conſuetudo tulit mihi gaudia, qualia ſpondet?
Cl. *Quid volucres querulum quercu garritis ab alta,*
Mecum an ob Eunicæ faſtidia ſæua doletis?
Per. *At vos nec querulum nec triſte ſonatis ab Orno*
Luſciniæ. An Mariles mecum gaudetis amore?
Cl. *Naiada noſter amat Lyncides. Nais at illum*
Contemnit, fatum Lyncidem Daphnidis vrget
Per. *Nympha placet Dorylo, nec Nymphæ diſplicet ille*
Cypria natum oculis hunc vidit Diua benignis.
Cl. *Dulce ouibus Pan dulce melos paſcentibus ede,*
Cæſus & ante tuam procumbet vir gregis aram.
Pe. *Prata rigant noſtris Nymphæ ſitientia bobus,*
His vitula in pingui grata hoſtia paſcitur Eruo.
Cl. *Remus,arundo,rudens,Pelagon, monumenta la-*
A nobis ſtructo tibi ſunt affixa ſepulcro. (borum

Per. *Viſcum et habent laqueos & pinnas buſta Calindri.*
A me,nam ſtudio ſibi victum hoc ille parabat.
Cl. *Infortunatum me, cui neq; dat,neq; quicquam*
Accipit Alcippe, & me quærit amare videri.
Per. *Diſsimulat noſtrum & celat bene Phyllis amorem,*
Omnia quæ facilis dat, pauca ſueta rogare.
Cl. *Quid lacrimis luctuq; miſer conſumere Clauſe?*
Non eſt triſticiæ ſoli tibi cauſſa cupido.
Per. *Turba parum miſeros iuuat. In paucis potius ſim*
Felix. materia in multa magis eminet ignis.
Cl. *Vt formoſa mea eſt Gerile,ſic eſſe videtur*
Omnibus, hoc ætas ſapiens noſtra eſt nimis vno.
Per. *Cum video Marilē video omnia. Si videam autem*
Omnia nec videā hanc, videar nihil vſq; videre.
Cl. *Cuncale direptæ ſepis fragmenta repone,*
Ne vaſtent ſegetem iumenta immiſſa tenellam.
Per. *Depopulantur aues noſtri pomaria Leni,*
Lene ſono ſpecieq; noua terrere memento.
Cl. *Cur fugio demens me tela petentis Amoris?*
Necquicquā pedibus terram qui calco volucrē?
Per. *Te neq; ego fugio puer optime, te neq; vito,*
Nec ſine te in terris placeat mihi Regia vita.
Cl. *Triſte gelu teneræ viti,cultis aper aruis,*
Contemtus nobis duræ & ludibria Balbæ.
Per. *Dulce æſtate niuis potus,placidum mare nautis,*
Baulidos accubitus nobis blandiq; ſuſurri.
Cl. *Hæc roſa quæ folijs hæret de vepre caducis,*
Exemplum dubij eſt miſeris mortalibus æui.
Per. *Hi flores Zephyroq; leui vernantia prata,*
Nos breuis hortantur decerpere commoda vitæ.

Dic

Cl. *Dic mihi montium vbi iuga ſint altiſſima, meq́ʒ*
A te iudicio proprio victum eſſe fatebor.
P. *Dic quid non viſum tollis, viſumqʒ relinquis,*
. Arbitrioq́ʒ tibi cedet victoria noſtro.
M. *Hic ego, nam rixas tandem finire placebat,*
Et panes dudum ac me ligna relicta vocabant:
Hac certaſſe tenus liceat. nunc pergite in vrbem
Pergite placatis concordes mentibus, inquam:
Quiſqʒ ſua & grauis ære domum de merce redito.
Neuter enim fama, aut mihi re ſpoliatus abibit.
Quod ſupereſt Siculas pueri celebrate Camenas,
Et ſtudio in noſtros parili deducite campos.
Illæ hedera intexent vobis florentia ſerta,
Pro lauru patulam & nectent Phebeide quercum
Ite hac. me mea ligna vocant, panesq́ʒ parati.

Ruſticus.

ECLOGA VIII.

SVrgite Io pueri, prope lux eſt alma diei,
Ipſe polo ſparſos nam cogit Lucifer ignes,
Deq́ʒ canit nigra Solis trabe nuntius ales,
Et tenebras plauſis cedentes diſſipat alis.
Surgite Io pueri, medio Tithonis ab ortu
Exit, & aurato de montibus ore renidet,
Dudum & equi vacuis quærunt præſepibus eſcam,
Et ſiccas furcis ſcrutantur inanibus herbas.
Surgite Io pueri, toto iam lucet in orbe.
Iam ſeges in multis debebat ſtare maniplis,

Quam

Quam vetuere legi tam nimbi huc vſq; frequentes,
Debebatq́; ſolum montanum ſcindere vomer,
Ac potius factis aliquot ſplendeſcere ſulcis.
Noctem operam ſomno totam dare turpe colono.
At tu nondum etiam, prima omnibus Acca coreis,
Tuq́; etiam nondum deſiſti ſtertere Balba?
Surgite, & ignaua calidas nate linquite plumas.
Crocitu vos cortis auis plauſuq́; frequente
Iam vocat, & fœta mugitu pabula vacca,
Pabula depoſcunt iam matutina iuuenci.
Vix etiam nunc corpus iners & membra grabatis
Pigra leuaritis, cornu procedere paſtum
In campos quando cuſtos armenta ciebit,
Nec dum lac pleno grauis excipit vbere mulctra?
Nunc ad opus famulis miſſis, ad te mea paulum
Phylli reclinabor, quod dat mihi cura licere
Imperiumq́; domus, tibi dant communia mecum
Omnia, nos ex quo hic accepit lectulus, & me
Corporis eſſe tui fecit, mea Phylli, potentem,
Teq́; mei fecit cum corporis eſſe potentem.
Cum teneram plenamq́; metu iuuenilibus annis
Et vidi, & præ aliis mihi delegi omnibus vnam,
Aq; tuis noſtras duxi tutoribus ædes.
Nam pater ante ſuo fato defunctus Aletes,
Mater eratq́; ſuo defuncta Rutilia fato.
Meq́; parens etiam Pacetus morte propinqua
Et genitrix dudum iam mortua liquerat orbum,
Ipſa fui ſplendor genitrix Martillia ſexus.
Tunc mihi virginitas tua delibata, tibiq́;
Contactus tepor & primum bona nota virilis
Coniun-

Coniunxere ſibi noſtras cum corpore mentes.
Quæ nunc poſt annos etiam tot copula durat.
Nanq; hæc, poſt octo ter ſeptima ducitur æſtas,
Ad noſtram cum tæda caſam prælata iugalis
Hoc ſtetit, & fauſtis effulſit limine flammis.
Phyllis & in thalamum deducta eſt coniugis Illi.
Interea quam multa, putas, potuere mihi te
Inuiſam, & tibi me facere acta tædia vitæ?
Ni mens æqua ſuæ fortunæ temperet vſum.
Alterius facilis vitijsq; ignoſcat vterq;
Nil aliud memorabo, Quid illa domeſtica turba
Tot nati & natæ rixæq; maliq; cierent
Dulcis amor caſus ſi non condiret acerbos?
Nunc tibi cara domi cura eſt nutricula noſtræ
Puſillam regere imperio & moderamine turbam,
Ne facto conari auſint neu turpia dicto,
Vt ſint in noſtris recta & caſta omnia tectis.
Nec minor eſt victus tibi ſollicitudo diurni,
Suppeditant pleno quem nobis vbere vaccæ,
Ouiparaq; cohortis aues. Tum lanea fuſis
Fila manus veſti texendæ ſedula ducit,
Diſtribuitq; ſuis penſa abſoluenda miniſtris.
Ipſe foris quodcunq; ſuo fert tempore vertens
Annus opus facio: Seu tellus poſcit aratrum,
Siue peroccatos iaciendum ſemen in agros,
Siue iubet Cererem in vacuata reponere ſidus
Horrea ſpiciferis collectam meſſe maniplis.
Interea & pratis arent lugentibus herbæ
Graminis amiſſumq; decus florumq; nitorem,
Tunc matura etiam carpuntur ab arbore poma,

Et nuculæ dantur puerili ludicra turbæ.
At cum triſtifico riget obſita frigore tellus,
Si quid agris tenerũ eſt glacies quod adurere poßit,
Stramentis Boreæ tegitur contra horrida flabra.
Inſtruitur lignis focus, Aut caſa, Parte videtur
Si qua forte ſui lacera, inſtauratur, Et olim
Ruptus acupero ſuccenſæ ad lumina pinus
Sarcitur, vel lora iugis detrita reponit
Dura manus, ſparto vel torquet vincula plauſtris:
Vere nouo lenem cum terra pateſcit ad auram.
Ergo operis redeunt curæ cultusq; labores,
Stringuntur frondes, aperitur foſſula, ſæpes
Interrupta aliꝭs denſetur in aggere palis.
Pingueſcuntq; fimo arua, ligonibus eruta gratis
Arborea zephyris tellus ſub ſtirpe fouetur,
Tunc & apum mellisq; venit, tunc pauperis horti
Vinetiq; labor modici, Mox ſarculus intrat
Laſciui ſata læta ſoli, & concluditur anni
Culturæ totius opus, cui Phylli tibiq;
Solis dextra animusq; vacat. Neq; ſplendidior me
Sollicitum fortuna tenet, ſatis eſtq; carere
Ad mala traducente fame mihi. Nec tuus vlla
Pulſus amor flamma eſt, ex quo me tempore primũ
Trans humilem tractare manus es paſſa feneſtram
Phylli tuas, firmata fides quo pignore noſtri
Coniugiꝭ fuit, & tot perdurauit ad annos.

Daphnis.

Daphnis.
ECLOGA IX.

HAEc quoq; Sicelides, concedite carmina nobis,
Si prius ad numeros veniſtis ſæpe vocatæ,
Et faciles cantum non inuidiſtis agreſtem,
Sicelides mihi dilectæ ſuper omnia Muſæ.
Vos mea vox primum eſt dulces ſectata magiſtras
Per Miſos errantis agros, & lipſide ſilua,
Tempore, quo, ſero per deuia longa reuerſus
Nunc repeto veteris primordia grata Camœnæ,
Antiquosq; retracto modos, Muſamq; laceſſo,
Arbore ſub patula viridi proſtratus in herba,
Multa mouens animo, inprimis tua triſtia, Daphni
Fata querens, caſusq; gemens immitis amoris.
Heu mihi quid non ille poteſt furor? omnia vertit,
Et moderata prius veſano pectora motu
Concutit, & ſæuo placidas agit impete mentes,
Inſpiratq; malæ caſtis incendia flammæ
Cordibus, & teneros arrodens paſcitur artus.
Quæ tamen hanc quorum peſtem mortalibus ira
Productam immiſit, quaue illa ab origine venit?
An chaos & mundi informes genuere tenebræ?
An ſæui eſt Martis veſanus ſemine cretus?
Edidit an grauida immiti diſcordia Cauro?
Quod ſi hæc Idaliæ eſt, vt fertur, vera propago,
Matre ſalo genita quem fas eſt dicere natum?
O ſcelerate cupido, animis malus additus error,
Omnibus inuiſum exitium. Tu prælia gliſcens

Bellorum-

Bellorumq́; cies clades triſtesq́; dolores.
Tu fletus, tu mœſticiæ, tu funeris autor.
Tu matri in natos, in fratrem tela ſorori
Suppeditas, capiti, te perſuaſore, parentis
Filia non parcit, patriæ non parcit adulter
Iliacamq́; ſuis euertit amoribus vrbem.
Et nũc dire puer, tua palma eſt proxima Daphnis.
Qui miſer indigno perit Oceanitidos igne,
Infelix formæ captus ſplendore venuſtæ.
Infelix puer, ah puer infelix, quia mittit
Lutea ceruleis intexens lilia cinnis
Aureoloq; orbis nectens curuamina filo
Serta, tibi firmos ideo policeris amores.
Falleris, hæc ponit tibi callida retia Nais,
Implicet incautum vt nodis teneatq́; ligatum,
Seruitioq́; premat turpi calcetq́; iacentem:
Nunc oſtentata qui libertate ſuperbis,
Contemnisq́; alios, neq; ſana mente feroci
Indulges animo, falſoq́; in amore triumphas.
Tene amet illa ſibi aut proprium velit eſſe maritũ?
Ac non hoc agat, vt fallaci captus amore
Sera mali plangas ſpoliatus damna furoris?
Aſpice quot fruſtrata procos infida feſellit,
Quorum nunc fama & rebus lætatur ademtis,
Illi flagitijs & paupertate grauantur,
Accuſantq́; ſuæ fruſtra peccata ruinæ,
Infauſtos blandæ execrantes Naidos ignes.
O vtinam videas tibi quanta pericula ſurgant,
Quæq; cupidineo clades naſcantur ab igne.
O vtinam caueas, dum ſuppetit hora cauendi,

Nec quondam amiſſi fruſtra momenta requiras
Temporis, infelixq́; mali tua damna furoris
Deplores, cum iam lacrimæ voluentur inanes,
Nec profecturis turgeſcent pectora curis,
Atq; animus rabido iactabitur anxius æſtu.
Sed præcepta nihil proſunt monituſq́; fideles
Cum celeres properant caſus immitia fata.
Nil hominum ſtudia, & tunc nil præſagia proſunt,
Nil portenta iuuant, nihil eſt auertere damnum
Quod valeat, ſerumq́; cient veſana dolorem
Gaudia, & expertos punit dementia ſenſus,
Cordaq; perniciem non vitant neſcia finis.
Quod ſi Daphni tuum hæc caput implacabilis vrget
Damnorum ſeries: Hæc ducunt ſtamina Parcæ.
Scilicet & tali vita eſt tua debita morti?
Quod potero exitiumq́; tuum deſlebo viceſq́;
Crudelis miſeras decreto hoc funere, ſortis:
Illius amore tibi iunctus puerilibus annis.
Nam quo carior es mihi, me hoc dolor acrius vrget.
At tu Daphni, aliqua eſt quoniam voluiſſe poteſtas,
Fataq; nulla vetant ſibi conſuluiſſe volentem:
Fac caruiſſe velis te ſeducente ſuaui
Cura animi ægroti, & qui te malus incitat error,
Quæq; tuam vana ludunt ſpe gaudia mentem.
Hac propter metus & bellum & diſcordia demens,
Cum pallore fames poſuitq́; cubilia letum.

Pan.

ECLOGA X.

VOcalis magno Panem dea cepit amoer,
Incenditq́ animum flammis vrentibus Echo.
Quid faciat? ſiluis quærens & montibus errat
Ille medulliuori infelix ſolatia morbi.
At non hæc modo corde leui faſtuq́ proteruo
Spernit amatorem precibus neq; dura mouetur,
Sed miſerum illudens redeunteq́ voce laceſſens
Inſuper irridet. furit ille haud ſegnius, Oeſtri
Buccula quam medijs ſolis feruoribus ictu
Exagitata fuga ſiluas mugitibus implet.
Mænaliam ſubter tandem proiectus in vmbra,
Siluestri querulam meditatus arundine Muſam
Hæc memorat pinum. Reſpondet garrula finem
Valle propinqua, ipſum deridens carminis Echo.
O me nympha mihi dilectior, o mihi dulci
Luce prior. Quæ res tibi me ſæuiſsima reddit
Inuiſum, noſtros qui caſus turbat amores?
Non ego ſum, neq; tu potes hoc neſcire, Deorum:
Vltimus in numero. Ne me contemne quod vltro
Terras humanumq́ genus colo, quodq; parentis
Præpoſui celi regno grata ocia vitæ.
Veſter amor diuæ, veſtra & mihi cauſſa cupido
Deſertiq; poli & cultæ telluris, in herbis
Et quarum in varijs perdurat floribus æuum
Quæq; lacus, ſaltus, valles monteſq́ tenetis,

Eximiæ in terris genus immortale cateruæ.
Sed cum vos numero cunctas comprahendere nō ſit
Te tamen o fugiens, mea & inguſtata voluptas,
Innumerabilibus ſolam de milibus opto.
Heu mihi quæ tanta eſt iniuria ſortis iniquæ
Optatum mihi coniugium quæ denegat vni.
Cum neq; ſit volucris cui non par accubet ales,
Cum neq; ſit pecus in viridi ſine coniuge prato.
Piſcis & inueniat cum qua ſua gaudia iungat.
Me tamen aut ſimili aut potiori, nympha ſuperba,
Velles poſtpoſuiſſe viro. Quando hic tibi ſordet
Pan veteris Deus Arcadiæ. Nunc lumine fractus
Patranti tremuloq; ſono, barbaq; fluente
Te Satyrus capit, eſt Satyrus tua ſola voluptas.
Hunc ſequeris petulans, vultuq; fateris amorem.
Quodq; ego mirabar, Satyriſci pectora verbis
Placantem audiui prope cum vos nuper adeſſem
Poſt dumos latitans. Hic vero ludere, teq;
Deridere malus, ſæpe & contemnere, quorum
Nil ſentire videbaris, neq; labra notare
Diſtorta, & rictu de ſubſannante cachinnos.
An neſcis? aliam non te hic amat. omnia neſcis
Scilicet, atq; odio tibi amator & oſor amori eſt.
Ille tamen gracilem coſtas, tibiaſq; nitentem
Cereolas, amplam pectus, flauamq; capillos
Deperit inſano Lyden correptus amore.
Hanc ſolam petit hanc nō cum Iouis æthere ſummi
Permutare velit. Satyro hæc vita vna ſaluſq;.
Sic Pan carminibus curas lenire diurnas
Conſuerat vernoſq; canens traducere ſoles

Donec inexpectata ruens nox æquore, contra
Phœbeos vmbras terris emergeret axes.
Tum ſi forte Polis ſplenderet Cynthia, multis
Ille preces venerans fundebat numina diuæ:
Vt ſibi dilectæ præferret ad abdita nymphæ
Antra facem, ſtellisq́ʒ ſuum coniungere lumen
Pergeret, atqʒ ſibi non dura faueret amanti,
Endymioneæ recolens incendia flammæ.
Quod ſi eſſet forte obſcurum caligine celum
Noctis & augeret nubes collecta tenebras,
Et fratri propiora hebetarent cornua Lunæ:
At claras præferre ſibi Pan Lampadas ipſe,
Sectæ inflammatis piceæ de ſtipite tædis.
Atqʒ nouum numeris alijs tunc pangere carmen,
Si qua alienum animum fugientis pectora poſſet
Conciliare ſibi ratione, ferocia nymphæ.
Atqʒ ita ſoliuagum paſcendo fouebat amorem
Et deſiderij motus lenibat inanis.
Ac tandem tenera mutauit Oreade longi
Inueteraſcentes iam more cupidinis ignes,
Sic vltus contemtricis faſtidia nymphæ.

Oenone.

ECLOGA XI.

I*Am freta ſcindebant Phrygiæ Helleſpontia naues*
Troade pube graues, Priami lacrimabile bellum
Quærentes vrbi, & laticoſam liquerat Idam

Celeſtis

Celeſtis paſtor formæ arbiter, arduaq́ alto
Vela Pherecleæ Paridis vectura carinæ
Aegeo inſtructa pelago iam claſſe tenebant.
Nec magis arboreum tegmen, nec vile placebat
Ceſpitibus ſtratum viridantibus antraq́ molli
Sordebant aura: Neq́ Panum aut Naiadum illi
Fiſtula delicium curæ, nec erat magis inter
Soles molle pecus cantando claudere gratum.
Sed gemmis auroq́ nitens fulgebat ab alta
Purpureas inter veſtes oſtrumq́ recumbens
Puppe: Dea aligero comitata Cupidine lenes
A tergo ratibus fluitantibus excitat Euros,
Diuinumq́ Duci formæ cythereа fauorem
Aſpirat, memoremq́ animum grateſq́ rependit:
At miſera in ſiluis perq́ alta cacumina montis
Idæi, & rupes animi Berecynthidas impos
Errabat nympha, Paridi iuuenilibus annis
Iuncta greges tenero paſcentes inter amore,
Cebrenis Phrygijs ſpecie celeberrima ſiluis
Oenone, & lacrimabilib. cęlum, mare, terras
Queſtibus implebat, fœtu ſic buccula quondam
Erepto, viridi mugit paſci immemor herba.
Nunc & in immundo fœdat ſua puluere membra,
Nunc & in effuſos ſæuo ruit vngue capillos,
Splendentes laceratq́ genas, ſpoliatq́ decore.
Conſtitit vt primum ſibi, pulſo mente furore,
Tum vero gemitus dedit imo è pectore Nympha,
Et ſuper antiqui procumbens gramina lecti
Nata ſub arboribus, gratam de tegmine ſæpe
Complexis dederant quæ frondis amantib. vmbrā:

Talibus inſequitur Paridem m[illegible]nda querelis.
O mihi, dum licuit, viridi gra[illegible]ina tellus
Ceſpite, quæ læto fouiſti corpora quondam
Noſtra ſinu, errantes hederas ſuperantia nexu.
O quoties gremio reſupinus flexit ad ora
Vultus ille ſuos dilectæ & ad oſcula Nymphæ.
Hæc loca reſpondere tuum, Pari, carmen amabant.
Hoc etiam legitur miſeræ nunc cortice Nymphæ
Nomen, & adiunctum eſt noſtro ſuper omnia no-
Dulce tuū, æterni & celebrator verſus amoris. (men
Commiſſas tueare tibi fac popule leges,
Oenonæ ac Paridis quæ dicunt tempore corda
Atq; retro Xanthi lapſurum flumen eodem.
Sed mihi multa metum incutiunt timidamq́; fati-
Nobilitas inuenta & tanti copia Regni, (gant:
Et diuinus honor formæ, & iuuenilibus annis
Pectora firma parum. Quin & diſcrimina mentem
Multa viæ terrere meam, terraq́; mariq́;
Non ceſſant. Neq; tam ne ſit mihi fortē carendum
Te viuo metus eſt, quam ne quid. Sed mihi triſte
Omen ſollicito nullum prodibit ab ore.
O Pari, quanquam etiam fructu caret iſta monere,
Dulce monere tamē, verbisq́; abſumere gratum eſt,
Tædia triſtifici mihi temporis. O Pari quale
Deſeruiſſe bonum properas damnoſa ſecutus
Munera fortunæ? Tibi nunc agreſtia ſordent
Arbuſta, & humiles pratis ridentibus herbæ.
Idæumq́; iugum & laticoſi flumina montis,
Flumina quæ capit alma ſinu gentilia Thetys,
Rheſusq́;, Heptaporusq́;, Careſusq́;, Rhodiusq́;,

Granicuſq́; celer, Xanthiq́; binominis vnda,
Et leuis Aeſepus,Simoentiſq́; alta fluenta.
Nec tibi Dardania magis eſt in valle voluptas
Cuſtodiſſe greges, ſtabuliſq́; armenta ſub altis
Clauſiſſe, & Phrygio cepiſſe in ſtramine ſomnum,
Obſtreperetq́; tibi abſurdo nunc fiſtula cantu.
Cuncta animo alta placent. Priami te regna genus
Vrbanuſq́; facit ſplendor,Pari,mente ſuperbū.(que
O quanto ignoraſſe fuit melius tibi,quo nunc
Duceris ad ſperanda genus bona, quam melius te
Nunc etiam paſtor natum, velut ante, vocaret,
Qui non amplius eſſe vrſæ te paſſus alumnum
Suſtulit,inq́; caſa te eductum paupere fecit
Cuſtodem pecoris cuſtodumq́; eſſe magiſtrum.
Alta petis. Caſus grauior manet alta petentes,
Inq́; loco eſt humili ſemper tutiſsima ſedes,
Deprimit ipſe elata Deus ſternitq́; ſuperba.
Nonne vides tangi proceras fulmine quercus,
Dum ledit paruos celi vis nulla Myricas.
Atq́; recens noſtras modo fabula venit ad aures,
Auſos neſcio quos alienis aera pennis,
Et nubes homini inſueto ſulcare volatu.
E quibus alterius nimis ardua templa petentis
Aetheris illuſtris,pelagus modo nomina ſignent.
Nec tibi dum Meropis genus eſt ignobile patris,
Quem tua ſit,Phaëthon,ſortita audacia finem
Ignotum eſt.Quiſquis ſapit,hic inglorius annos
Exigit, atq́; ſibi viuens præluſtria vitat,
Inuidiaq́; carens, nullorum & honoribus obſtans.
Sed leuiter tangit iuuenum hæc oratio mentes,

Infatuatq; animos oblata occaſio cæcos,
Et dantur præcepta leui fruſtra omnia cordi.
Heu mihi quid miræ famæ modo nuntiat autor?
Neſcio diuinæ de quo certamine formæ
Iudicioq; tuo, quod victrix Cypria iactet.
Hæc modo ne Paridis ſuccendant pectore flammas,
Atq; illæ, grauida quas ſenſit mater in aluo
Arſiſſe, & noſtri ſint iſti funeris ignes.
Nil mens ægra boni præſagit. Quo tua tendunt
Vela, habet hæc facie præſtantes terra puellas,
Argiuaq; Helenæ iam forma celebris vbiq; eſt,
Pellit amorq; nouus ſubiens plærunq; priorem,
Quoq; oculi, vertit ſe pectoris ardor eodem.
Cur tamen infelix tantos mihi fingo timores,
Sollicitudinibus me cur excerceo vanis?
Omnia quin potius nos fauſta precamur eunti,
Et reditum cupida expectamus mēte propinquum.
Quem ferat inſtigans roſeos aurora iugales
Lucida ab Idæi procedens vertice montis.
Talibus indulgens mœrebat Nympha querelis,
Et miſcens vanam ſpem ſolabatur amorem.
At Paris oblitus caræ Cebrenidos olim,
Et pecorum & ſiluæ, fatum patriæq; ſibiq;
Vrgens funeſtum cauſſam præbendo malorum:
Nil niſi res agitat magno ſecum impete magnas,
Et ruit in vitijs, cupidoq; ſibi omnia demens
Permittit, moremq; animo gerit. Interitumq;
Morte ſua patriæ factum præuertitur ipſe.

Battus.

ECLOGA XII.

BATTVS, MENALCAS.

QVæ votis præſto mihi ſæpe vocata Thalia
Antra per & ſiluas comes & culta arua fuiſti,
Triſtia cum canerem lacerantes pectora curas,
Solamenq́ eſſet mihi fiſtula ſola malorum:
Siue aliquid referens, cuius meminiſſe iuuaret
Conficerem longum ſilueſtri tempus auena,
Siue dolor curis deliniretur abactis:
Huic etiam faueas ſuſcepto diua labori,
Audita & peragas mecum dictata Camœnæ,
Seria paſtorum longe in regione duorum
Primorum noſtra, Batti placidiq́ Menalcæ.
Dum furor & grauis ira ducum toto ardet in orbe,
Et cupidas rapit in partes diſcordia mentes.
Victa iacet pietas miſcentur ſacra profanis,
Summa agitur veluti vertigine concita rerum.
Ipſe Deus Deus ipſe ſuo ſpoliatur honore,
Error vbiq́ animos tenet, & mendacia fulcit
Vana ſuperſtitio, veriq́ repellitur autor,
Aut regnat vita leuitas furioſa profanæ,
Vltima & ingratum nunc vrgent tempora mundū.
Spes abit ipſa etiam fugiens. Age perge Thalia.
Battus agens pecudes, paſcens armenta Menalcas
Forte ſub vmbroſam feruenti ſidere ſiluam

Compulerant ouibusq́ boues iunctasq́ capellas.
Tum prior incumbens trunco ſic inſit acerno
Battus, & ex alto ducit ſuſpiria corde,
Et mœſto iuſtas effundit ab ore querelas.
O mihi, ſi fuerat his fatis additus ordo,
Stamina rupiſſent celeri mea pollice Parcæ.
Nam quid ego primū querar, aut quo fine quieſcet
Extremus dolor? Aret humus, nec paſcua paruum
Læta gregem recreant, neq́ ſpē modo concipit aruū
Seminis, atq́ noua ſpondet mala tempora meſſis.
Quin etiam irriguos liquida ſcaturigine campos,
Semper & in ſolis celiq́ ardore virentes
Immanis mihi vaſtat aper. Non gramine viuo
Inſaturatum abijt dudum pecus, haud tulit vnquā
Vber inane domum, ſpumabat flumine mulctra,
Et nunquam preſſi deerat mihi copia lactis.
At nunc vix tenues lanas macramq́ reportat
Pelliculam totis ouis obuerſata diebus.
Ipſa famem queritur miſeranda voce capella,
Occluſisq́ iacent cellis ſqualentia vaſa.
Tum iā nulla domi in ſtabulis mihi pabula reſtāt,
Quæ diuturna abſumſit hiems; hæc & loca miles,
Ante dies nullo qui tranſijt ordine, paucos
Impius, heu miſeris tempeſtas ſæua Colonis
Nec minus hoſtili metuendum ciuibus agmen.
Pabula quid narro? erepta eſt infantibus eſca
E manibus pueris, excuſſusq́ angulus omnis
Pauperis in tugurij conſerta cratibus æde.
Quid memorem vxorem & natas latitando pudo-
Vix ſeruaſſe ſuum. rapiendo & tota ferendo (rem
Noſtra

Noſtra in pacato vaſtata domus iacet agro.
Quid captis aliud patrarent vrbibus hoſtes?
Hos Battum queſtus conantem augere Menalcas
Interpellat, habere animumq́; bonũ iubet: & quod
Fors ferat æqua mente pati. Quid proficis, inquit,
Ipſe tuum cor edens, animumq; doloribus angens?
Mens tranquilla mali quantumuis pondera magni
Dimidio leuiora facit. Quod ſi tulit iſtos
Tempus id euentus in quod noſtra incidit ætas,
Cur tu fortunam communem ferre recuſas?
Forti animo eſſe decet, neq; deſperare dolendo,
Batte, hominem dum vita manet. Quam multa vi-
Mutare alternando diem. Phebeia Lunam (demus
Quam lux obſcurauit heri, mox Batte renaſci
Et proferre iterum fulgentia cornua cernes,
Vt creſcendo ſuum paulatim compleat orbem.
Deſtitui ſpe turpe viro eſt. Grauiora tulerunt
Olim alij, melior tandem fortuna reuiſens
Quos rurſum ſtabili afflictos in ſede locauit.
Inuenies & tu, tibi ſit modo quærere cura,
Qui tua damna leuet. Qui totos redderet agros
Et pecus ereptum, & tuta ſilueſtria vita,
Ipſe ſuo, reperit, ſtudio quondam ocia, Paſtor,
Paſtor in aduerſis conſtanti pectore rebus,
Profuit & cui cum vellet fortuna nocere
Culta Veronenſis turbans confinia terræ,
Ac vicina tui carpens loca Mantua ruris.
Et tua dulciſonos edit quoq; fiſtula cantus,
Et tua vox reſonat doctis arguta Camenis.
Interea mea, Batte, velim, quæcunq; ſuperſunt,

[Eſſe

Eſſe putes tua. Sunt mihi pabula, copia frugum eſt.
Forſitan & vani terroris opinio fallet,
Euenietq́; metu noſtro felicior annus,
Succurretq́; Dei acciſis clamentia rebus:
Illius, quem nos vera pietate colentes
Nouimus eſſe Deum celo terraq́; potentem.
Cuius nos precibus venerantes numina caſtis
Firma, quicquid erit, freti ipſo mente feremus.

Daphnis II.

ECLOGA XIII.

DAPHNIS ET PALAEMON.

TEmpus erat matura metūt quo farra coloni,
Et tonſis reſtant ſtipularum fragmina cam-
Atq́; nouis petitur largus ſementibus imber. (pis,
At Gaza hortorum ſpecie variatur amœna
Arboreiq́; nitent fœtus ramosq́; recuruant:
Congreſsi & quondam duo in hac noti omnib. ora
Paſtores, medium cum ſol peragraret Olympum,
Daphnis fiſtulam amans, & praſtans voce Palæmō,
Silueſtrem repetunt poſt longa ſilentia Muſam.
Sicq́; infit Daphnin prior appellare Palæmon:
Bucolicas, aut quid tu cenſes Daphni, Camœnas
Inſtauramus? an hoc ſtudium curamq́; relinquis,
Nec tibi iam cantus, nec iam tibi fiſtula cordi,
Aonidumq́; extinctus amor? Poſtquā omnia quadā
Barbara

Barbara confudit rabies hominumq́; Deumq́;
Iura, furor toto graſſatur Martius orbe.

D. *Quid faciã? neq; iam ſiluas neq; prata Palæmõ,*
Carmina noſtra iuuãt odere & carmina Nymphæ,
Pan quoq; carminib. non præbet iam magis aures.

P. *Qua tamen hoc melius tempus ratione teremus?*
An potius ſomno ſuper indulgebimus herbis
Strati ad aquas leni fluitantis murmure riui?

D. *Ergo age ſi quid habes, meditatum prome Palæ-*
Suſcita & in noſtro latitãtes pectore Muſas,(mon.
Deſuetam & reuoca vetera ad certamina mentem.

P. *Dœagrides iterum ſpoliatus coniuge vates*
Mœſtus Threicias lugubri carmine ſiluas
Dum celebrat, citharaq́; ſonis mœrentia verba
Et vocem preßi queribundam attemperat oris,
Teq́; ſuam Euridicem, Euridicen vocat, & miſer
Integros dapibus ſoles, ſomniq́; tenebras (abſq;
Ingente expertes æger traducit amore:
Sithonis heu ſubito crudelia corda furore
Horribili correpta manus ſeſe inſtruit armis.
Hæc ſaxa, illa enſem fert, hæc longã quatit haſtam,
Inq́; ruunt vatem, & cantus clamore retundunt,
Exanimiq́; caput reſecant, citharaq́; refixum
Annectunt quernis, viſu miſerabile, clauis:
In pelagusq́; ambo abijciunt, ludibria ſæuis
Fluctibus, & pugnas quondam miſcentibus auſtris.
Non tamen hæc ſacrum diuini exangue poëtæ
Muta caput comitabatur, ſed carmina vaſto
Edebat non ante mari exaudita, ſuiq́;
Deplorans Domini crudelia fata, necemq́;

Infan-

Infandam vitrei ſic nabat gurgite ponti,
Leues arrecto auſcultarunt vertice rupes,
Auſcultauerunt ſinuoſi littora ponti,
Inſulæ & Aegei circumfluæ in æquoris vndis,
Demulſitq́; mare & ſcopulos Orpheia ſurdos
Teſtudo,& ventos reſonans nubesq́; repreſſit,
Quæ Ciconum paulo rabioſa nequiuerat ante
Flectere corda nurus.Sed iam Macareia Lesbos
Officio capitis ſancto gaudebat humati,
Præmiaq́; eximiæ tulerat præclara Camenæ:
Cum Thraces factum vxorum didicere ſuarum:
Audacis factum deteſtandiq́; furoris:
Iratiq́; animis ferro candente perurunt
Fœmineos vultus, ſcelerisq́; nocentia ſignis
Ora notant,& adhuc morem hæc gens obtinet iſtũ,
In pœnam extincti inſontem quoq́;,vatis,adurunt
Poſteritatem, atq́; hæc perſoluunt iuſta poetæ,
Immerita quem cæde ſui Rhodopeides olim,
Heu mihi quo generis probro, iugulare fuiſſent
Auſæ,animis Stygio infectis de fonte veneno.
D. *Deditus aucupio quondam puer arbore denſum*
Ingrediturq́; nemus, fert & ſua lumina circum,
Si qua conſpiciat reſidentes fronde volucres,
Prædã animoq́; oculisq́; petens. Tandem omnia lu-
Ferret auis ſpeciem qui præ ſe,grandibus alis(ſtrans
Aureolis miſto plumis candore renidens,
Pennigerum Veneris natum videt,ille comantis
Sub buxi quaſi ſe folijs abſcondere vellet,
Implicitos ramos viridesq́; ſubire latebras
At puer hoc latus ſucceſſu protulit artis

Inſtrumenta ſua, calamos viſcumq́ tenacem,
Atq́ imitabundo ſonitus dedit ore volucres,
Obſeruans huc atq; illuc ſalientis Amoris
Impetum, & egregiam cupido ſpem corde capeſſit.
Ales enim ille ingens præclaraq; præda videri.
Verum vbi cautus Amor conatum eludit inanem
Vitat & inſidias pueri,nec voce mouetur:
Ille humi arundinibus poſitis, ibi propter,arantem
Decliui ſub colle ſenem curſu petit,ille
Aucupij puero dederat præcepta Magiſter:
Quidq́ ſibi acciderit narrat, monſtratq́ volucrem
Eximium, & dolet ad nihilum recidiſſe laborem.
Huic ſenior caput inclinans hæc deinde querenti
Reddidit,& riſus admiſcens talia fatur:
Ne,mihi care puer,damnoſam ne pete prædam,
Aq; iſto celerem curſum deflecte volucri,
Beſtia ſæua hæc eſt, fuge per iuga, flumina,ſiluas
Immanem volucrem. felix ſi prehendere nunquam
Contigerit tibi. Quin poſt paucos ilicet annos
Sponte ſua hic in te ſeſe inferet,& petet vltro
Ipſe tuum caput,& ſuper excutiente reſidet.
Captus hic extingui,ſeruari idem nequit ales,
Nullæ iſtum caueæ exultantem claudere poſſunt,
Quin,dictu mirum,& moriens aliquando reuixit.
Callidus humanis capitur non artibus vnquam,
Sed venit, & ſeſe capiendum vltro improbus offert,
Admiſcens vim blanditijs,ſubigensq́ coactos.
Nec prodeſt fuga ſæpe,nocetq́ ſequendo fugacem
Hunc captare,in quo duo ſunt contraria,nullo
Cura modo excercens animos, & ſumma voluptas.

Hæc

Hæc auis & liquido ſublimis in aëre fertur,
Et ſola terrarum ingreditur, maris & ſubit vndas.
Scitanti nomen puero memorare volebat,
Conuerſum in faciem humanam cum vidit Amorē
Propter ſtare ſenex, ſubitoq́ exterritus hæſit,
Nominis ille & hians prima os in voce repreſſit.
Ille, quid ad noſtrum conſpectum, ſtulte paueſcis
A me, inquit, nihil eſt tibi nunc longæue timendum,
Nam neq militiæ neq Amori eſt apta ſenectus,
Nec puer in diſcrimen adhuc tuus hic venit vllum.
Qui ſi forte meas volet ipſe euadere vires,
Nec blandimentis animo conſtante moueri,
Tunc videat caueatq́, ea cum iam venerit ætas,
Quæ mihi iam paulo poſt opportuna propinquat.
Dixit, & ex oculis amborum euanuit, inq
Sollicitudinibus varijs relliquit vtrunq́,

Illus.

Illus.

ECLOGA XIIII.

Forte ſub vmbroſa quercu conſederat Illus,
Aſtiteratq́; puer, genitoris maxima cura,
Stirpe puer nitens Polybus, baculumq́; ſiniſtra
Vngue gerens tenero ſpoliatum fronde colurnum.
Tum ſenior tardante ſono ſic incipit, ipſe
A tergo excepi tectus bona carice verba.
Non ego te dilecte puer, Spes ſola ſenectæ
Et dulcedo meæ, quos cernis adeſſe iuuencos,
Quasq́; boues numerare potes, pecudesq́; & agellū
Paupere cum caſula tantum ſeruando tueri
Præcipiens hortor, ne res te cogat egentem
Sollicitare alios precibus timidumq́; petendo
Demiſſo vultu trepidisq́; accedere verbis,
Cumq́; pudore refutatum diſcedere mœſtum:
Sed ſimul his iubeo, quæ parta tenemus honeſte,
Teq́; frui, pariterq́; tuis ea tradere natis:
Et, mihi quod multo eſt pluris, ſic viuere vt illis
Ac potioribus his etiam dignus videaris.
Id fieri quanam poſſit ratione, quod olim
Demonſtrauit auus nobis tuus, accipe paucis,
Tempore quo medium ſol circumuoluitur axem,
Concedit pecoriq́; & nobis hora quietem.
Atq́; à me paucis quæ narrabuntur, eorum
Excipiet totam longa experientia vitam.
Principio venerare Deum pietate fideq́;

Sincera, & ſancta obſeruamine relligionis,
Omnis & in huius tua ſpes bonitate locetur.
Tum reuerere tuos grates referendo parentes,
Cumq; his te cunctos qui ſunt ætate priores:
Atq; offenſuris factis dictisq; caueto
Aequalem læſiſſe tuum, officioſus in omnes.
Inprimis velis & remis eſca malorum
Turpifici & vitij fugiatur cauſſa, voluptas,
Quæq; hanc conciliant deprauata ocia vitæ:
Ocia regna, domos, vrbes perdentia totas.
Ocia perpetuo fortunæ inimica ſecundæ,
Ocia virtutis ſemper contraria laudi.
Eneruatur ab his animus, fit debile corpus.
At te operis nunquam pudeat, pigeatue laboris.
Dulcia ſint potius tibi deſidioſa pudori,
Ac pigeat feciſſe forent quæ turpia dictu.
Ecce inarata iacet pars arui, & vinea quærit
Reſpectum, vt lacrimæ primum de palmite manant.
Hic tuus eſt labor hoc opus. Haud decet vllum
Aetate in iuuenili operi prætendere cauſſam,
Fiſtula deficitur cera, aiebas, mea, nuper,
Sciſſaq; detriti peronis aluta fatiſcit.
At tuum opus proprium ſit fiſtula, nate, refecta
Et facile eſt opus hoc. Etiam ſint integra dextra
Calceamenta tua. Non eſt hoc turpe colono.
Semper ad artifices eſt turpe venire tabernas,
Alteriusq; manus operasq; requirere ſemper.
Flagitio obſtantem ſerua ſceleriq; pudorem,
Rem pudor impediat nullam peruerſus honeſtam.
Ad decus & laudem directo tramite tendit,

Quem

Quem peccare pudet. Pudor eſt pulcerrima virtus.
Is perijtq́; in quo perijt pudor. Optimus ille eſt,
Qui color ingenuas tingendo rubedine malas
In iuuenum ore nitet. Neq; ſunt ſermone pudentes,
Obſtrepero nimij, neq; agendis rebus inepti.
Obtrectatores minime, minime inſidioſi,
Semper & in ſe, non alios, inquirere promti,
Futilis inprimis fugiunt mendacia linguæ.
Pax his eſt altrixq́; hominum concordia curæ,
Inſtar & eſt odio bellum ac diſcordia, mortis.
Non violant leges, non ſoluunt vincula iuris,
Non turbant ſocij ciuilia fœdera cœtus.
His placide & caſte & moderate degitur omnis
Grata Deo æterno & cunctis mortalibus ætas.
Deniq; vbi hic pudor eſt, illic vitium exulat omne.
Hunc tibi commendant veſtri præcepta parentis,
Hunc colere ille iubet te, hunc tota mente tueri,
Inq́; hoc felicis bona quærere tempora vitæ.
O puer, o caue ne amittas, mihi care, pudorem.
Talia dum memorat monſtratq́; fideliter Illus,
Velle videreturq́; his dicere plura, mihiq́;
Audere inprimis iucundum plura fuiſſet:
Cogere erat pecudumq́; greges armentaq; tempus,
Ipſe & in hoc faciens finem ſermone quieuit.

Mœris.

ECLOGA XV.

MOERIS, CORYDON.

Ille hircus vites ſcelerato dente Menalcæ
Arrodens teneras, noſtris glebaq; petitus
Arbuſtis, qui pulſus heri frondentibus, in me
Cum malus obuerſis infeſta cornibus ictum
Fronte minaretur, conſpecto hoc fuſte receßit:
Ille hircus vagus, atq; aliena per arua petulcus
Huc illuc cunctis odium paſtoribus errans,
Raucus voce, oculo venis rutilante cruentis,
Cui macie & ſcabie pellis deformis, & vdæ
Mucoſum ſtillant nares fauceſq; venenum,
Ille igitur Corydon, quæſo, quando improbus hircus
Iam domino tandem vicini ruris Amyntæ
His tolerabilius, cohibeme, nocebit agellis?
C. Mœri meã memoras curam mihi. Senſit & huius
Damna nemus peſtis noſtrum ſtirpeſq; nouellæ.
Quin vim noſtra omnes iſtam regione queruntur,
Cura gregum quibus eſt armentorumq; fidelis.
Nec læto quicquam ramo, herba, flore vireſcens
Non labefactantis laniatus pertulit oris.
Atq; inter magnos propter mala multa dolores,
Nuper pene tamen fuerat mihi riſus obortus
Mirificam ad ſpeciem, qua ille hircus ſe redeunti
Forte domum mihi ſarmentorum faſce granato,

Amnis

Amnis per medium noſtri dum tranſeo pontem,
Obtulit implicitum geſtans in cornua cribrum,
Et laceri hinc illinc pendentia guttura Galli,
Neſcio vbi petulans nactus.Sed ab hoc nihil aiunt
Tutum vſquam pecore incontrectatumq; relinqui.
Mœ. *Vidi & ego non diſtracta cum merce reuertens*
Ad noſtram vrbe caſam,hæc,niſi fallor,ſeptima lux
Feſtucis varioq; illum hircum fragmine toruũ(eſt,
Frontem intricatum. ſabri iuſultaſſe tabernæ
More ſuoq; ibi delicias feciſſe putares,
Aſperſum & micis aureſq; caputq; minutis.
Tanta ſed admittunt nullos incommoda riſus.
Cor. *Ille quidem, vt verum fatear, noſter fuit herbis*
Sardois, & felle magis quoq; riſus amarus.
Triſticiæ & tamen eſſe modum decet optime Mœri.
M. *Anne mali nullum finem ſperabimus huius?*
Illi hirco præſertim alijs ſociare paratis
Immanem rictus rabiem roſtriq; furores.
Non etiam noſtri nullis gaudentibus agri,
Hæc aliqui narrent ſi detrimenta,colonis
Plane huic addictis. An tu ſi forte Lycortas
Aut Chronijs, aut Mopſus populãtem cerneret iſta,
Quæ quanto ſtudio poſuit plantaria Daphnis,
Hanc conaturos cenſes depellere noxam?
C. *Vt libet iſti & eis ſimiles donec licet,iræ*
Occultæ fraudes ſint excercere parati.
Nos tamen interea petimur dum clamq; palamq;
Quid ſperare vetat? melius fore.Vita ſuperſtes
Donec in his animi retinet ſpiramina membris
Cum quoq; ea acciderint noſtrum quæ nemo timere

Non etiam potuit ſomni occurſura quiete.
Quis iam dehinc dubitet fieri quin omnia poßint,
Vt vel Arionij viridi Delphines in herba
Paſcantur maria egreßi, vel prata relinquant
Vt pecudes, ſiluaſq; feræ, vicibuſq; nouatis
Naturæ hæ ſaliant in ſalſas æquoris vndas,
Illi altis errent in montibus. Et tamen hanc ſpem
Cum certam ſpondent nobis tum multa propinquā.
M. *Cuncta Dei regit in terris æterna poteſtas,*
Cui facile eſt quod vult factu, neq; viribus obſtat
Ipſius in rerum hoc immenſis ordine quicquam.
Quid tamen hanc age promittat ſpem dicito nobis.
C. *Cura boni tandem conuerſa ad ruris Amyntæ*
Reſpectum miſeri, reparandaq; ocia pacis.
Cuſtodes quem caprigenæ, turba impia, prolis
Iam fallunt minus atq; minus, melioraq; dudum
Admittunt aures ſibiq; vtiliora ſuiſq;,
Communemq; iuuante Deo, allatura ſalutem.
Iamq; etiam aſpectus ceu mortiferi Baſiliſci
Illum hircum quondam quos collaudare ſuetos
Audierat, vitare ferunt. Sed nunquid & iſtud
Mœri tibi dictum eſt, ſparſit quod garrula fama
Quidā aries quod in hanc pecudē ſua cornua nuper
Impiger incurrentem impegerit. haud ſcio quonam
Euentu, & ſunt diuerſi diuerſa locuti.
M. *Aſſecla paſtoris Damœtæ nudius Aegon*
Tertius hic me adijt, deq; hoc certamine quiddam
Narrauit, ſeq; incurſus vidiſſe pauentem.
Impete ſic, inquit, vehemente ruebat vterq;.
Quod niſi fortuito caſu tunc illa diremta

Prælia

Prælia tanta forent, aries diſcedere victor
Illo hirco poſſet cornu veſtigia læſo
Vno, iam referente, fugam trepideq́ parante.
Sed non paſſa fuit procedere longius iras
Interiecta mora quædam tunc ſors inopinæ.
De qua re cum plura Aegon mihi dicere vellet,
E pinus veteris rima erumpendo volantes
Crabrones Melibœus adeſt, qui nuntiet agnos
Exagitare, vocatq́ Aegona abſcedere. At ille
Obſcura tamen hæc referebat murmure vocis
Exaudita ſibi: petulans, immane, proteruum,
Illum hircum, pecus, agricolarum clade ferocem,
Caſtratum fore deinde minus fortaſſe nocentem.
C. Aut hoc fiat, in execto male virus olebit
Sic etiam minus. Aut aries contorta, ſtriata
Grandia in hunc rurſum renouato cornua bello,
Quem modo dicebas, mox inferat acrius vrgens,
Dum cornu latebras confracto quærat vtroq́,
Sæuum animal, terrasq́ quies optata reuiſat.
M. At Corydon nos, quod mandatum eſt, riunus a-
Vimine tu molliq́ tuam detexito iunco (gamus.
Fiſcellā: Exequar hoc iter ipſe quod inſtat ad vrbē.
Ne rurſum officij noſtri admoneat, velut ante,
Obtrectante petens Mopſi nos fiſtula cantu.

ΕΠΙΘΑΛΑΜΙΟΝ
μελύδριον.

ΕΚΛΟΓΗ ιϛ.

Καὶ μοὶ τήνδε φίλη σύσπευδ' ἀρέθουσα καὶ ὠ-
(δὴν (μέσων
ἐνθάδ' ἐπ' εὐχλαίνων παραγγειναμένη χθόνα
ἀλφειοῖο λιποῦσα ῥοὰς πελαγός τε σικανόν.
ἅποκα ῥηϊδίως ἐμέθ' ἔκλυες εὐχομένοιο,
εἰς ἄμαθ' ἑλλάνων τε λατινῶν θ' ἕσπεο ποίμνας
παντόθεν ἀμελέρης πιστὴ ξυνοπαδὸς ὁδοῖο, (ρων,
νώρικας ἐς πρῶτον φραγκῶν ἄπο πλησιοχώ-
δεύτερον αὖ πολινεκκαρικαὶ πολύβοτρυν ἄ-
(ρουραν.
κῇ νῦν ἐς μέσσων πολυλείων πίονας ἀγρούς,
καὶ θένδ' αὖτ' εἴποι θεὸς ἡμέας ἀλλόσ' ἀπάξῃ,
οὐ μενέουσ' ἀπαίδευθε τέοιο πρόθυμος ἑταίρου.
οὐ γάρ θ' οἵη τ' ἔστ' ἐμοῖ ἀπονόσφι λιπέσθαι,
εἰ τόκ' ἐγὼ σπουδὴν περὶ σοῦ τήνδε φυλάξω.
δεῦρ' ἴθ' ἄρ' ὥστ' ἔρξασα τεὸν πόκα, σικελὶ, βώταις
σιμιχίδαι, τόσον παίτας πάρ', ὅσον θέρος ἐστὶ
ἅδιον ἀργαλέου νιφέτου κρυεροῖς τε χαλάζης,
οὕπερ ἐγὼ ᾽νδιάτριψα γλυκείαις αἰὲν ἀοιδαῖς
ἀρχόμενος πρῶτον, καὶ νῦν πόθος αὔξει ἐκείνου,
ὡς ποίη θαλέθουσα παρὰ κρήνῃσιν ἀνέρπει.

πάρδε

πάρθε τ' ἐμοὶ στῆθ' ὧδε φίλον μέλος ἐξανύουσα,
ποιμενικόν τι μέλος τόπερ ἵμερος ἐξανεγείρει
χαρμοσύνᾳ ξύμμικτος, ἐπ' εὐτυχίῃ φίλοιο
ξυμβώτου ποκ' ἐόντος, ὅταν παρὰ νέκκαρος
(ἔχθης
ἀμερίησε ῥοαῖς καλὰ ποίμνι' ἐπείχομεν ἄμφω,
ἀμφοῖν θ' εἷς αἰεὶ νόος ἦν μί' ἦεν ἐνὶ φρεσί.
οὐδέποτ' ἐν κραδίῃ δίχα βήσαμεν ἤτι λέγοντες
ἤέτι πράττοντες. ταὶ δ' ἀδόμεναι μελέεσσι
ἀμφοτέρου βόσκοντ' οἴες κοινόφρονι θυμῷ.
τίς δή τ' ἄμμε βροτῶν, ἢ δὴ θεός; ἠέτις αἶσα;
ὧδε μακρὰν διελοῖσα παρ' ἐν μέσσοισιν ἔθηκεν
ὤρεα τε σκιόεντα, καὶ ἀχήεντα ῥέεθρα
πατρίων ποταμῶν τρίπερθ' ἄλαδε προρέουσι.
ἀλλὰ καὶ ὡς φίλ' ἀπὼν σέο μέμνημ', ἠδὲ ἐπὶ
(τόσσην
φρεσὶ τρέχων ἀλάλημαι ὁδὸν, πόλιν εἰσόχ'
(ἱκάνω
ἀργυρίδ' ἧς ἀρετὴν σοφίην τε, καὶ ἣν περὶ
(πασῶν
ἤσκησ' εὐσεβίην, ποιῶν ἐδίωξας ἄριστα.
καὶ νῦν ἐν θαλίησι καὶ ἱμερόεσσι γάμοισιν,
ὦ νομέων βέλτιστε, τεοῖς ποτὶ πεδίσιδος ὕδωρ
πᾶσ' ἀγέλη σκιρτῶσα ποδοῖιν ἀγάλλετ' ἀ-
(μοιβῇ. (γήσας
τί δὲ ἕταροι, λοδοίκε, παρόντες: ὁ πολλὰ μο-

μᾶλα νέμων μουσαῖ ἐνὶ Φοιβείοισιν ὄρεσσι
οἷσ' ὕπο χρυσοῤῥόου εἰσιν καλὸν οἶδμα μοσελλᾶ,
στόρμιος, ὃν νύμφαι λιγυρὸν μέλος αὖτ' ἐδίδα-
(ξαν·
γερβέλιός τε γέρων, χαρίτων ἱμεροῦ ἄγαλμα·
ἐξάρχω στάσαιντο χορὸν σέθεν ἀμφὶς ἀγητοῦ,
ᾄδοντες σύμφωνα μέλη, σὺν δ' ἔκρεκεν οὔλοις
κρούσμασιν ἁ πολύθρους φόρμιγξ, καὶ εὔπνοος
(αὐλός.
ὣς κἠγὼν τοῖσδεσσ' ἐναρίθμιος ὤφελον ἦμες
ἀδίστοις ἑτάροις, συστάματος ἐν μέρει ἐσθλοῦ
καὐτὸς ἐών, καὶ δή τι τάχ' οὐκ ἦιδον ἄμουσον,
οὐδ' ἄχαρ' ὦ λοιδόϊκε μελύδριον. εἰμὶ γὰρ ἐν τοῖς
νυνὶ βροτοῖς, καὶ τὺ δ' ὦ τοῦτο κάτοισθα, με-
(λίκτας,
καὶ νύμφης γνώμην ἀγαπητὸς ἐωβάνδεσσι,
ταὶ κεῖνον περικῆρ' ἐφίλασαν, ἅπαντά τ' ἐδί-
(ξαν
αὐτῷ σπουδάζοισ' ἅπερ ὦ μώμαλος ἀμύντας
χὠ μελίθρους δαμοίτας χὠ δάφνις καλὸς ἤδη
πὰρ προτέροις θνατοῖσ' ὅτ' ἔην μοῖσ' ἦλθον ἀ-
(δοξος.
οὐ ἦ τόκ' ἦς κατακεῖσθαι ἐνὶ στιβάδεσσιν ὄνειδος
ἠέθ' ὑπὸ πτελέας ἢ καὶ δρυὸς ἠέ τε πεύκας. (δες
ὅτ' ἄρα καὶ μακάρων ἐφύλασσον πώεα παν-
τεττίγων τ' ὄπι τερπόμενοι βόμβῳ τε μελισσῶν
σιμῶν,

σιμῶν, ταὶ περὶ πάντα ποτῶνθ' ὑακίνθινον ἄνθος,
ὕδατος ἢ καθαροῦ προέρχουσαι πίδακας ἀμφί.
αἱ δέ τ' ἐφισδόμεναι δένδρων ὄρνιχες ἔρισδον
ὄρπηξιν κελάδῳ καλαμοιβάδις, ἀλλ' ὑπὸ ποσσὶ
πὰρ πλευρῇσί τ' ἔκειτο θέρους σύλλεκτος ὀπώρη:
ὄχναι καὶ βράβυλοι καὶ ἐρώτων παίγνια μᾶλα.
τρὶς μάκαρες κεῖνοι καὶ τετράκις, οὓς βίος εἶχε
τοιοῦτος, μουσῶν ξυνώμιλος ἄπωθε μεριμνῶν
ὀχλώδους τ' ἀρετᾶς, πλούτου τ' ἐρικυδέος, ὃς δὴ
παῖθ' ὑφ' ἑῶ ποίησε κακοχράσμων ἀπέλεθρος.
τοῦκεν ἄμοιρος ἐὼν, οὐδ' εἰ νῦν ἐννέα πάσας
οἳ μώσας σὺν ἀγησίλις ἐν τιμᾷ παράγ' ἀμῖν
ἔσθ' οὗτος, φωνᾶσδε καὶ ἀπόλλωνος ἄνακτος
ἀθανάτας, θρῆσσ, μελιγάρυος, ἀργύρου ἄχος
καὶ χρυσοῦ γλυκίων ἐς ἀνθρώποισιν ἀκοῦεν.
χαιρέτω ἅ δε κακὰ βιότου μερὶς, ἁ πολύπομ-
(πος
χὰ τρυφερή. καὶ τὺ μαλακὸν ἢ φίλ' ὕπνον ἰαύοις
ὦ μελέων ὤδησε καὶ ὕμνων ποικιλομόρφων
ἀρυκρέων μᾶλλον, βασιλεύς τε ἐωβανὲ μείζων
ἢ ἐγὸ χιλιόναυν στρατιᾶ ποκ' ἐπ' ἴλιον ἱρήν(νων.
ἑλλάδος ἐκ πάσης ἀγαγὼν ὤναξ ἀγαμέμ-
σων δέ τ' ἐγὼ δεδαὼς μουσῶν ὑπὸ καί τι παρ'
(ἄλλοις
φθεγξαίμην αὐδῆεν ἔπος, καὶ νῶι γάμοισι
μελπόμενος λιγύφωνον ἐπευλύγαι μ' ὑμέναιον.

τοῖς σοῖς, ὦ λοδοῖκε φιλαίτατε. τὸ δέ τ' ἀοιδᾶς
ποιήσαιμι βίου μάκαρος κεφάλαιον ἐπαίνους,
ὦ περ καὶ χρόνιος παρέχων δηρὸν ὑπ' ἔρωτος
ἁγνοῦ καὶ καθαροῦ ζυγὸν ἀγλαόφορτον ἐδύσω.
νῦν σύ μεν, ὡς ποκά, φαντί, βαθεῖαν ἀπῆλθε
(καθ' ὕλαν
ταῦρος ἀπ' ἀγελῶν, οὔπως πεπληγμένος
(οἴστρῳ
κυπρίδος ἀργαλέης κατ' ὄρη τε καὶ ἄλσεα πυκνὰ
πλαχθήσῃ δύσερων τὴν ὁδὸν νηλεῖσε κελεύθους
κέντρον ἔχων γλυκύπικρον ἐνεστηριγμένον ὀ-
(στοῖς.
ἀλλὰ καθεστηῶτι διάξῃς ἤματα θυμῷ
ἕξει δ' ἁ κραδίη πιστὴν ἔνδοθε γαλάναν, (δεσσι
νύκτα δ' ὅλην ἀλόχου περίπλεκτος ἐν ἀγκαλί-
κοιμάσῃ ἄφοβον μάλα νήδυμον ἄσυχον ὕπνον.
κἀμὲ τάδ' ἁ τοιαῦτα τὴν ἐξειργασμένον ᾠδᾷ
ἦλθ' ἀσπαζομένη πολυάρατος ἐγγύθι νύμφα,
ἐν δέ τ' ἐμ' αὖ φῦ χειρὶ φίλᾳ ἔθεν ἀνδρὸς ἑταίρῳ
βαρβαρὶς, ἡρωΐνῃσιν ὁμοίη τῆς προτέρῃσι
ἄνθεσι κληζομένης ἐπὶ πατρίοις ἀρετάων,
οἵη χλωρὶς ἔην, ἢ πολύζηλος τ' εὐάδνη (φος,
σώσανδρός τ' ἄλκηστις ἰδ' ἠλέκτρη φιλάδελ-
σωφροσύνας τ' ἐπίδειγμα περίφρων πηνελό-
(πεια.
βαρβαρὶς ἀδύγλωσσος, ἀβάρβαρος, ἀγλα-
όμητις. παρθε-

παρθενικαῖς θαυμαστὸν ἐνὶ χρῆμ' ἀργυρίδεσσι.
ἣν καὶ νηιάδες χρόα γυμνωθεῖσαι, ἐπεὶ δὴ
πρεύσιος, ἢ καθ' ὕδωρ ῥήνυ λούσαιτο φαεινὸν,
θαήσαντ', αὐτὴν ἐὰ νάματα φαιδρυνοῦσαι,
σώματι λευκοτέρῳ χιόνος νέον ἐκ βορέαο
εἰς προβάτισιν ἐόντ' ἄδυτον λειμῶνα πεσούσης.
αὐτὰρ ἐγὼν ἀπὸ τῆδε κριθεὶς τοιαῦτα κὲν εἶπον.
χαῖρέ μοι ὀλβιόλεκτρε κόρη, κἀθλῇ γεγαυῖα
μοίρῃ, τοιόνδ' ἄνδρα φίλον σύγκοιτον ὁμεύνην,
καὶ τοιόνδ' ἔχουσα βίου κοινωνὸν ἅπαντος,
τοῦτ' οἴκου σωτῆρ' ἀγαθὸν, δωτῆρά τε παίδων.
καὶ σὲ νυὸν καλέουσι φίλην κείνοιο τοκῆες,
αὐτὸν θ' ὃς φίτυσεν ἐχέφρονος ἐκ γενετείρης.
μάτηρ θ' ἃ πιβόητος, ἐπεὶ κλυτὰ γείνατο τέκνα,
εὐδόξῳ πατέρ', ὃς προγόνων κλέος αἰὲν ἄωθεν
ὥσπερ ἀκηράτῳ δρέψας ἀπὸ λείρια κάπω
κάλλιπε παισὶν ἑοῖσ', οἵδ' αὖ πόρρω προβιβάξαι
σπουδάζουσι γένους ὄνομ' ἀρχαῖοι ἐρίτιμον,
εὐγνάστον περίφημον ἀγαυῶν χεμπιαδάων.
καὶ σὲ τεοῦ πολλοὶ, νύμφη, καλέουσιν ἀδελφὴν,
καὶ στέρξουσι φιλόστοργοι συνομαίμονες ἀνδρός.
αὐτὸς δ' αὖ καλέσει σε πόσις μνηστήν τε γυ-
(ναῖκα
κουριδίην, ἄλοχόν τε καὶ ἱμερόεσσαν ἄκοιτιν.
τοιάδε κεν λέξαιμι παρὼν, ἐπὶ δ' ἕσπερος ἐλ-
(θὼν

κεῖνος ὁ κυπρογενεῖ περὶ πάντων φίλτατος
(ἀστήρ.
ὀτρυνέοι τε λέχοσδ' ἰέναι κατά θ' ὕπνον ἑλέσθαι.
καὶ τόκα δὴ σχίζησ' ἐλάτης αὔησι παλαιῶν
δαιομέναις, νυκτὸς σκότος αὐγάζοντε κνεφαῖον,
ἄρξαν προκιόντε κόροι, σὺν ὄπισθε δὲ ἕποιτο
νύμφιος ἐν χείρεσσιν ἄγων ἣν σύζυγον, ἃ δὲ
βρᾶσσον ὁμαρτήσασε ποσὶν δείσας ἐνὶ θυμῷ
παρθένος αἰδοίη χρωτὸς ψαῦσ' ἀνδρομέοιο.
ἐκ δὲ παστάδων φλογοειδὲς ἐλάμπετ' ἔρευθος,
καὶ παρὰ καιομένας ὁμόθεν κατεφαίνετο δᾶδας.
καὶ τότ' ἐς ὑψόροφον θάλαμον προὔβαινον ἰόντες,
τοῦσδ' ἀποκλᾶξε θύρην ἐπιθεὶς παράνυμφος
(ἑταῖρος,
αἳ δὲ πάροιθε χορὸν συνομάλικες ἠϊθέοισι
αὐτίον ἐμβεβαυῖ' ἔτι παρθένοι ἐστάσαντο (σαι.
εὔκοσμοι, στεφάνοις πεπυκασμένα κρᾶατ' ἔχου-
ᾖδον δέ κεν ἄλλα τε, χ' ὡς ὅδε νυμφίος αὐτοῦ
τήνδε μίαν νόσφισε φίλων ἀπὸ παῖδα τετ-
(μακώς.
καί τινα τῆσδε δίκην δῆθ' ἁρπακτῆρ' ἀναπήτων,
αὐτὰρ ὁ ποιασεῖν αὐταῖς αἰν ὑπέσχετο πάντα.
τοῖσδε μετ' ἠδ' ἄλλοισι προσῳδηθεῖσιν ὁμοίοις,
φάσκοι κεν παράνυμφος ὁ τῇσι θύρῃσιν ἐφε-
(στώς:
ἰωὶ δόμον δ' ἴθι παῖ, σίγα παῖ, βάσκε σιωπῇ.
οὐκέτι

οὐκέτι ταὐτεῦθεν πρὸς τὰς ἀγάμους νεολαίης.
οὐδὲν ἱμείροντ᾽ ἤδη φιλότητι μιγέντες
θερμὸν ἐς ἀλλάλων στήθη πνείοντες ἔρωτα.
σφιγγόμεν᾽ ἀμφιβόλοις μᾶλλον βραχίοσι κισ- (σοῦ.
ὑγρότεροι διερῶν νήριθμα φιλήματα κογχῶν,
εὕδειν νῦν ἐθέλουσι νεόζυγες. ἐς δ᾽ ἄρα χ᾽ ὕπνου
ἄδ᾽ ὥρη, προβέβηκε λάχει δ᾽ ἐνὶ νὺξ ἐρεβεννή.
ἔρχεσθ᾽, ὦ ἴτε, καὶ θαλάμοιο γένεσθε πρόσωθε,
νοσεῖτ᾽ ἀλλ᾽ ἐπὶ φῶς ῥοδοδακτύλου αὔριον ἀοῦς,
αἰ στάσητε τ᾽ ἀπ᾽ ἀδυλέχους, τότε νυμφίον ἐωᾶς
ὄρθριος ὑψώσας δειρὴν ὅτε πρᾶτον ἀλέκτωρ
φωνάσει τρίμετρον μέλος, ἀδ᾽ ὄρνις παρὰ ματρὶ
παίνυχος ἐσδομένη τόκα καππωτήσει τ᾽ ἔραζε
ἠθάδα πρὸς σίτασιν ἀφ᾽ ὑψηλοῖο πετεύρου.
ταῦθ᾽ οὕτω μὲν δῆλον ὅτ᾽ ἐν τοῖς σοῖσι γάμοισιν,
ὦ Λοδοῖκε, γένοιτ᾽ ἐμοὶ πολὺ φίλταθ᾽ ἑταίρων.
καὶ παρεὼν ὅτ᾽ ἐγὼν ἂρ ἐποπτεύσαιμι γλύκιστα.
νῦν δέ τ᾽ ἀπὼν τάδε πάντα νόῳ ψυχῆτε δεδορ- (κώς
τέρπομαι, ἀδ᾽ ἐντὸς κραδίης ὡς ἄλλετ᾽ ἐμαυτοῦ
ὡς πόκ᾽ ἐν αἰπολίῳ κεραὸς τράγος ὕβρει ἐ- (παρθεὶς
πηδᾷ συγκάμπτων δεξιὼ σκαίρωντε πόδεσσι.
καὶ μετὰ ταῦθ᾽ ὑμμῖν θεόθεν καλὰ πάντα παρεῖναι
εὔχομαι, ὡς χαίρειν ἀμφὼ νῦν κεἰς τὸν ἔπειτα
αἰῶνα.

αἰῶνος χρόνον, εὔνυμφον καὶ καλλιγύναικα
ἀνέρα σ' ὦ Λοδόϊκε, σὲ δ' εὔγαμον ὀλβιάνδραν
Βαρβαρὶ, καὶ μετέπειτ' εὔτεκνον τ' ἠϋγόνοντε
ἐσσομένην. ὡς εὐπατρίδαις αὔξοιτο δι' ὑμμέας
εὐπατριδᾶν σφέτερον γένος, εὐδαίμων δὲ γένοιτο
οἶκος ἅπας καὶ χεῖρας ἔχοι θεὸς αἰὲν ὕπερθε
καὶ σφῶν καὶ σφετέρων, ὅσσ' εἰσὶν, χ' ὥσσοι ἔσονται.
χαίρετε, καὶ εὐθηνεῖτε, φιλόφρονα θυμὸν ἔχοντες.
καὶ δι' ἔπειτα τελεῖτε νόσων ἄτερ ἠδὲ πόνοιο
πάντα βίον διάγοντ' ὁμονοίῃ σὺν πολυτίμῳ.
ὥσκε μὲν εὐμενέτης τὶς γαθήσειεν ἀκούων,
δυσμενέσ' ὀφθαλμῶν δ' ἀπὸ δάκρυ' ἔραζε πέ-
(σοιεν.
ἐν πράτοισι θεός δὲ γάμῳ τιμῷτ' ἐπὶ τῷδε.

Μέλος.

ΜΕΛΟΣ ΕΠΙΚΗ-ΔΕΙΟΝ,

ΚΟΡΥΔΩΝ Η ΘΡΗΝΟΙ.

ΕΚΛΟΓΗ ιζ.

Ἦς χρόνος αὐίκα τέρμα νότου κάμψας προ-
πιάσδων
ἥλιος πρὸς ἰσαμερινὸν δρόμον αὐτίκ' ἔνευε,
χείματος ἐκ μεσάτω ἱερὸν φάος ἠρέμα μᾶσσον
βράσσω δ' αὖ ποιῶν τᾶς νυκτὸς μάκε' ἐναλλάξ.
καὶ τότ' ἐγὼ τουτῶθεν ἔβαν ἀγέλας ἀπὸ τᾶσδε
σκεψόμενος βουλαῖαν ἑτέραν ἐπὶ τῆλε νεμούσας
πόρτιας αἰνομόρως, τὰς ἁμῖν πολλάκι φάμα
φθιάδας ὑπ' ἀργαλέων ἐπιούρων ἄγγελος ἦνθεν.
οὐ μὰν οἶος ἔβαν σὺν ἐμοὶ δ' ἅμα υἱοὶ ἕποντο
ἠΐθεοι δύο, εἷς τε κύων ἔτι τραῦμα νεαλθὲς (ἄλλος
καμμέσον αὐχέν' ἔχων, τὸ δακών νιν κυώτερος
πρῶσε λάθρα κατὰ νῶτ' ἐπορούσας. οὐδ' ἔγε λώ-
βας
ᾤχετ' ἄτερ βλάψας, ὅσον δὲ τὸ δεξιὸν αὐτῷ
ἠμέρθη, καὶ δοὺς κακὸν ἔλλαβεν. ἦν δ' ἅμα πᾶσιν
ἀμφ' ὤμοισι μέλαν νάκος, ἀμφὶ δὲ ποσσὶ πέ-
διλα. (λοι.
οἷα θ' ὁδοιπορίαις φίλα, καὶ κεφαλαῖς ἐπὶ πῖ-
αὐτὰρ ἐπεὶ ποτάμου πέλας ἤμες τόν τε καλεῦσι

γλαυκιόωντα σάλαι γαῖ ὑγραίνοντα δυειγγῶν
ἔνθα γ' ἔρη τ' οἰνηρὰ φέρει δωρήματα Βάκχου,
τᾷ χθονὶ δαμάτηρ δὲ μέτρῳ μάλα πίονι σίτου
καρπὸν πουλυφόρος φρολοφερβέα δῖα μερίσδει,
βᾶσσαι δὲ χλοεροῖς κυκλῷ δρυμοῖς στεφανοῦνται,
ἐνδόξῳ δ' ἐνὶ τῶδ' ἐνομήναντός ποκα βούτεω,
κικλήσκουσι τόπους ἔδος ἤδη τούσδε σαλαίας.
κεῖθι συνώντει ἀνὴρ ἐμοὶ αἰπόλος. τῆς δὲ μέ-
(ναλκας.
χερσὶ φέρων ἔριφον μηκάσδουσ' ἔσπετο δ' ἁ αἶξ.
ὡς δ' ἴδεν ὡς ἐχάρη, καί με πρὸς μῦθον ἔνισπεν.

M. ὦ κορύδων πόθεν ἄμμι χρόνῳ φαίνῃ τύγα
μακρῷ; (ἐπέστης.
ὡς δ' οἰκτρὸς πάρα πᾶσιν, ἐπείπερ ἄελπτος
οὐ γὰρ ἔτ' αὖ σ' ἐσιδεῖν φαμέν ποκα τᾷ δ' ἐνὶ χώρῃ
εἰδ' ὁδός ἐντὶ βραδεῖα, τὺ δ' ὦγαθὲ σὺν παρ' ἐμ'
ἵζευ (κραίας.
ὧδ' ὑπὸ ταῖς πτελέαις καθαρῆς ποτὶ ῥεύματα
κἤδη μὲν τὸ μεσαμέριον καταπαῦσαι αἰώγει
μόχθον ὁδοιπορίης. σὺ δέ τοι κεκονισμένος ἔρχῃ.
καί τι σοι εἴποιμεν κἀκ σεῦ πάλιν ἄλλο μάθοι
(μεν.
νυνὶ δέ θ' ἄσυχα πάντ' ἀνέμου λήξαντος ἕωθεν,
ὄρνιχες δὲ σιωπῶσιν λαλαγεῦσ' ἀδινὸν πρίν.
δεῦρ' ἄγε καὶ σὺ σπεύδης, ὥρη γὰρ ἔτ' ἐστὶ πενέσθαι.
καιρῷ δ' εἰς ἀγαθὸν τύ γ' ἐπειγόμενος μάλ' ἀΐ-
ίκη, ἐς δὲ

ἐς δὲ κακὸν πρότερον, τό γ' ἀπεύχομαι, ἢ ὅκα βου (λοι.

K. τῆνιδ' ἐγὼν κεῖνον καὶ ἀπερχομενός γε προσηύδα.
ἔσαι δὴ τὸ δ' ὅπα λῇς, ὦ φίλε, κ' ἰωὶ κάθημαι,
ἀλλὰ σὺ πρῶτον ὅπως πράσσει κατάλεξον ἀμύν
τας; (παδῶν

M. τῆνος μέν γ' ὡς λῷστ'. αὐτῷ δέ θ' ὁ πρᾶτος ὁ
ὤχετ' ἀπρέπτῳ κεῖθε μόρῳ. K. τίς ὅδ'; ὡς γὰρ ἔ-
δείδια μή τι σιγελίου πέρι δεινὸν ἀκούσω. (γωγε
ὃς πρῶαν ξεινισδόμενος ποτὶ νάμασ' ἐλίσρου
παρχρόνιος γεγονὼς εὐφράνθη καὶ φιλιώθη,
χαίρουσιν τε μετῶν κεχαρισμένος ἀμετέροισε
ποιμέσ' ὑποδρησῆρσι τ' ἐπεὶ τέρφθημεν ἅπαντες
ἐκ ψυχᾶς τοῦ δ' ἐφθέντος, χ' ὡς ἤδεθ' ὁ δ' αὔτως
συζῶν ἀρχαίοισι φίλοις κεχαρηότι θυμῷ. (ρας
φάσκον δ' οὖν τινες ὡς καθ' ὁδὸν τ' οὐλεῦθε πονή-
ἤρξατ' ἔχειν ἀπιών. M. κἀκ τήνω δῆτα κακῶ γε
οὐχ' οἷός θ' ὁ σιγέλιος τό κ' ἐὼν ἀνενεγκεῖν,
κάτθανε, καὶ νῦν δωδεκαταῖος ἀφ' ὧ κτερέϊσθη.
τοῦ δὲ τάφον σπουδῇ σύμπαντες ἐτεύξαμεν ἀμεῖς
δάκρυ' ἐπὶ θρηνοῦντες ἄθλιοι σπένδοντες ἐκείνῳ,
φωνεῦντες τὸ δ' οἰζυρῷ τόκα σύμμιγ' ὀδυρμῷ,
σιγέλιον πενθεῦμεν, ἀπώλετο κῦδος ἀοιδῶν.
αὐτά χοῦν δὲ νάπαι τε καὶ ὕδατα λευκὰ σαλαίας
σιγελίου κλαίοντ' αὔτας λάχος οἰκτροτελεύτω.
ἀμφὶ δὲ τὸν πόταμον τις ἔφα λιγυρῆς θρόον αὐδᾶς
οὖασιν εἰσαΐειν ἀπαλαὶ τ' ὄπα, οἷά τε κουρᾶν,

κοὐδεὶς δίσαξεν μὴ ταίδε γρέας ἀοιδαὶ
μουσάων ὀλοφυρομένων σφετέρου προφήτου
αἰφνίδιόν τε τέλος βιοτᾶς θανατοῦντε πρόωρον.
ἁμῖν δ᾽ αἰὲν ἔην συγνὸν μέλος αὖ στόμα τήνω,
στυγέλιον πενθοῦμεν ἀπώλετο κῦδος ἀοιδῶν.

K. οἴμοι τίς ζωᾶς ἄρα τᾶσδε βροτοῖσιν ὄνασις
δειλαίοισιν οἷς ἀπροίδως φοιτῶσ᾽ ἄτ᾽ ὄνειρος
ᾤχετ᾽ ἀποπταμένη, λυγρὸς δ᾽ ἐπόρουσεν ὄλεθρος,
ὅστε βαρὺς πᾶσιν κεφαλᾶς ὕπερ αἰωρεῖται (τρὶς
μάρπτων ἐξείης τόν γ᾽ ἐν ποσί, τοὺς δ᾽ ἐνὶ πρά-
ων ὄφελός τι γ᾽ ἔτ᾽ ἦν, λείπονται δ᾽ ἄλλοι ὄπισθεν.
καὶ μὰν σίγασ᾽ ἀνὰ δρυμὼς χρόνος ἀδόνας ἢ
κήρ,
ταὶ δ᾽ ἔθ᾽ ὁμῶς σφᾶκες διὰ βομβεῦσαι τελέονται.
ἀλλ᾽ ἁμῖν κοινὸς γόος ἔσσεται ἠδ᾽ ἴα γᾶρυς
στυγέλιον πενθεῦσιν ἀπώλετ᾽ ἀοίδιμον αὖθος.

M. ἀδ᾽ ἤδη προθορὰν ὀφθαλμοῖς δία σαλαίνα
ὀρθοῖς ἀρχομένη, βατράχων ἀπὸ τηλεβοάων
ὕδασι τοὺς ἐναφῆκεν ἀλάστωρ τοῖσ δὲ κοαξεῖν
ἠλαστρηθέντων θείου πρηστῆρος ἀπειλαῖς, (λαὸς
ἐλπίσ᾽ ἐπαιρομένη κλειναῖς κραδέουσά τε πολ-
ἀμφηρίστω ἄρηι μάχας, καὶ ἔχουσα παρ᾽ αὐτᾷ
νικήται ἄτρεστον, ἐπίφρονα, δεῖμα ματαίων
ἀνδρῶν οἳ ποτὶ τοὺς χρηστοὺς κατεναντίον αἰὲν
κοκκύζοντες προαιροῦνται θορύβους τ᾽ ἀνεγείρειν·
αὐτάγ᾽ ἐν ῥείθροισι καὶ οὔρεσι πᾶσ᾽ ὀνομαστή

πῶς οἰκτροὶ νωὶ κατηφὴς δῖα σαλαία
μύρεται αἰάζουσ' ὀλέσας ἄπο τοῖον ἀοιδόν;
ἅδε δ' ἀπώλετε κεῖνον ἐὸν δὲ συνώλεσεν εἶδος,
θανοῦτ καλὸν εἶδος ὅτ' ἂρ ζώεσκεν ἐκεῖνος.
αἲ αἲ ὅσον μορφᾶς ἅμ' ἀπώλετο τᾶσδε θανόν-
τοὔτου καιρὸν καὶ ἄκαιρον τόνδε μελίκλου; (τος
ἀλλ' ἀμεῖς, τί γὰρ ἄλλ' ὁμόσῃ χ' ἱεραῖσιν ἐν αὐ-
(λαῖς
ποιοῖμεν τάλανες τόνδ' ἀγητῆρα ποθεῦντες;
στυγέλιον πενθοῦμεν ἀπώλετο κύδιμος ἀνήρ.
K. αἲ αἲ δεύτερον αὖθι, καλός τ' ἀγαθός τε μελίκλας
ἤδ' ἅμ' ἀνὴρ πάντων κατὰ βουκόλι' ἐνθάδ' ἄρι-
στος (ἐσθλός
ᾤχεθ' ὑμᾶς ἀπὸ κεῖθε λιπών. τὸν δ' ὅστις ἂρ
ζῇ διάγων ποιμὴν, βιοτοῖο χρόνους πολυμόχθους,
κλαίει ὀδυρόμενος ζητεῖ ἐριηρ' ὁμόκαπον,
οἱ δὲ κακοὶ γελόωσι, γέλως δ' ὅδε τοῖσδ' ἐστιν ἔσαι
τοῖος ἐφαδομένοισιν ὃς αὐτοῖς οἶτον ἐποιστεῖ
δύσφημον, ταχύφθαρτον, ἀεικέα, λοίγιον, αἰ-
(σχρόν.
ἀμεῖς δ' ἁμέτερόν τε φίλον καὶ πᾶσι ποθεινὸν
τοῖς ἀγαθοῖς (ὁ κακὸς δέ θ' ἵν' ὁ φθορὸς οἰκία
(ναίοι.)
στυγέλιον πενθοῦμεν, ἀπώλετο δόξα μελικλαῦ.
M. τὸν δ' ἀμεῖς φαέεσσιν ἔχομεν ἀμετέροισι
νείμαντες γέρας ἶσον, ἀφαρπαχθέντα δὲ τῆνον

οὐχ ἧττον σεβόμεσθα καὶ αἰδεόμεσθ' ἔτι καὶ νῦν.
οὐδεὶς γὰρ βάθιον πεδίου τάμεν ἀονίοιο
αὔλακα βῶλον ἀρῶν βιοθρέμμον' ἐπισταμέναισι
κ' ἐδήαις πραπίδεσσιν ἐπισπορίην τε φυλάσσων.
οὐδεὶς δ' αὖ φυτὰ πιερίδων ἐκόμισσεν ἄρδειν,
τῇδε τ' ἀπόλλωνος βότ' ἔβοσκεν κάλλιον οὐδείς.
τοῦδ' ἄρ ὁ μὴ θρηνῶν μισοθρηνώης τις ἂν εἴη,
σκληρότερον πέτρης ὅ γ' ἔχων νόον ἠὲ σιδάρου.
αὐτὰρ ἐγὼ χὤστις φίλος ἐστί μοι οὔποκα λῆξαι
ἐργατίναι ἱερῆς μουσῶν τλαίημεν ἀρούρης
στυγέλιον πενθοῦντες, ἀπώλετο θεῖος ἀοιδός.
K. Ὡς δέ σευ οἰχομένου χλοερῆς ἐνὶ τάρφεσιν ὕλης
αἴτε παρ' ὄχθαισιν ποτάμων λειμώνια φῦλλα,
αἴτε καὶ ἀμφιρύτων ἀγέλας δίερ' ἄγκεα βησ-
σῶν (σων;
δυσλύους τόγ' ἔπειτ' αἰνεπίφθονος ἔσθ' ὁ νομεύ-
ς βωσὶν μόσχως ὡς ὑφήσει μητράσιν ἀμνώς;
τίς γὰρ μελισδόμενος σύριγγα σέθ' ἀμφιβαλεῖται
χεῖρας, ἐπιψαύσας στόματός τ' ἐν πνεῦμ' ἀπὸ
φυσῶν, (θεῖναι;
Ὡς δ' ἐπὶ σοῖς καλάμοις τολμασεῖ χείλεα
πῶς οὐ τοίω δῆτα ταγῶ τητώμενοι ἄμμες
στυγέλιον πενθοῖμεν ὀλωλότ' ἄριστον ἀοιδῶν;
M. Χ' οἱ μὲν τῶν προτέροις ἀνδρῶν ἔτεσιν γεγαῶτες·
θρηνῆσαι γοάοντες, ὅτ' ἔφθισο κῶε φιλῆτα,
ἠδ' ὅτε καλλίμαχόν τε καὶ ἱμερόεντα βίωνα,
τοῦτε

τόντε συρηκοσίοις κλέος ἄστεος οὐδὲν ἐόντα
ἧσσον τοῦ κεῖθ' ἀρχαίων ποκ' ὀλυμπιονικᾶν
Θεύκριτον, ἄλλους αὖ τοίους μούσαις χαριέντε
εἰκοῦσε φίλους ἀποδαμήσαντας ἔθαψαν (τες,
ἄπνὸ ἐν οὐδμάτοις κατα μνάμασι σώματα θέν
καὶ λείβοντες ὑπὲρ τύμβων πολύδακρυν ἰωγὴν;
ἀλλὰ δάφνιν νύμφησε γένον νύμφης δέ τ' ἐρα-
ὄκκαλε κὴρ ὀλοὴ καὶ μοῖρα καθεῖλε κραταιή (στήν,
ἐθνεῖοι τ' ἰδιοῖτε ἐὸν συνέριθον ἔκλαυσαν,
ἁμέτερον δ' ἁμεῖς βεβολημένοι ἄλγεσι θυμὸν
στυγέλιον πενθοῦμεν ἀπώλετο κῦδος ἀοιδᾶν.
K. ἴσ' ἄδεν συγέω μιαροῦσε βυῶν ὀλολυγμοὺς,
ταῖς τ' ἀκοαῖς διαλυμαίτεραι κόκκυγος ᾠδαί.
καὶ τῶ λεκτρυόνος τερέτισμ' ἄδοντος ἀωρί,
καὶ κλαυγμοὺς κοράκων καὶ ψαρῶν ἠδὲ κολοιῶν.
τοῦ λόγος ἶσος ἐμοὶ καὶ πομφολύγων κενεόγκων,
κρακλαῖ τ' οἰοσόφων ζώντων θ' ἅμα καὶ τεθνεώτων
φροντὶς ἀρ' οὐδεμί' ἄμμι, τὸν ἱμερόεντα δ' ἑταῖρον
στυγέλιον πενθοῦμεν, ἀπώλετο φίλτατος αἰνήρ.
M. ὅσσον ἐμοὶ μέλι καὶ λιπαρὸν γλυκὺ ῥεῦμα
(γάλακτος,
τόσσον καὶ μέλος ἁδὺ ἀηδόνος οὐ στομεούσης,
γᾶρυς δ' αὖ καλή ἐστιν ἀκανθίδος αἰολοδείρου,
σπίζαι τ' οὐκ ἀπόβλητα μελύδρια ποικιλο-
(φώνων,
ταί τ' ἠλαινόμεναι κορυδαλλίδες οὐ μινύρονται.

ταῖσιν ἐμοῦ ψιθυρισδούσαισιν ἰαίνεται ἦτορ
καίπερ ἐν ἀφράστοις ἀχέων ὀδύναις πολυ-
(κλαύτων
στιγέλιον πενθοῦντος ὀλωλότα ἥμιον ἄνδρα.
K. οὐ φιλέω δολερούς αἰσνάτων τέκτονας ἔργων,
οὐδ᾽ εἴης χαλκεὺς κακομαχανίαισι πεποι-
(θώς
σκεύε᾽ ἀκωδώνιστα δυσάχε᾽ ὀλέθρια τεύχει.
μισῶ δ᾽ αὖ λήρων ῥάπτας καὶ κοσκινομάντεις,
τοῖς᾽ ἔν κυκᾷ περιγλώσσων φῦλον ἄμουσεν,
τολματάς τ᾽ ἄλλων τ᾽ ἐπιλήπτορας ὀρσοκυδοί-
(μους,
τοῖς τ᾽ ἔπ᾽ αἰαισχύντων ψευδηγόρον ἔθνος ἀ-
(γυρτᾶν.
ἀμέτερον γὰρ τεθνακότ᾽ ἄληκτ᾽ ἀγαπῶντες ἑταῖρον
στιγέλιον πενθοῦμεν ἀπώλετ᾽ ἀλάθεα τεχνῶν.
M. μάντεις δ᾽ οἷος ἂρ ἦν ὀρφεύς ποκα καὶ λίνος,
(ὄντε
μουσαῖον καλέσαντο σελαναίης φίλον υἱόν,
τεχνατάς τε καλῶν ἀμεῖς θαυμάζομεν ἔργων
τεύξαντας πάμπολλα βίῳ πολύχρηστα βροτείῳ,
φορμίσκους καλάθους, καὶ κυσσύβι᾽ ἠδὲ κύπελλα.
ποῖον δ᾽ ἐκδρυμῶ, κορύδων, τὸ λαγωβόλον οἴ-
(σθα;
εἶχε ταμών, ἵνα τώστε λύκως ἀπὸ τῆλε διώκῃ
ποιμνίου ἀλλοτρίων τε κυνῶν κατερύκῃ ὑλαγμούς
στιγέλι-

σιγέλιος, τὸ πειθῶμεν δραστήριον ἄνδρα.
K. ἔστω τυρίσδων ποκα κύκλωψ ἦρεσ᾽ ἂν ἄντρον
αἰτναῖον μάλοισι παρήμενος, ἢ τ᾽ ἄρα τῆνος
ἤδεθ᾽ ἁλὸς φλοίσβῳ καὶ κύμασ᾽ ὀρινομένοιο,
ἢ καὶ τρυζομένῳ νεοπαγοῦς ῥυμῷ ἁμάξης.
σεῦ δὲ φρέν᾽ ὦ γαλάτεια τίς ἵμερος ὦρσε ταλαίνης
θηρὸς ἐρᾶν τοῖσδε πελωρίου οἰογλήνου;
ἀνδροβόρου, κακοχάρτου, ἀνήλεος, ἄφρονος, ὠμοῦ
ὡς ἐκ δυσφάμῳ πολυφάμῳ τέκνα λοχεῦσαι
ἴλλυρα καὶ γαλάτην διδυμάονε, σύντροφ᾽ ὁμοίω.
M. εἴτου μελπομένου μακαρίτου πρόσθε φιλώνδα
οὐκ εὐφραίνετο θυμὸς ἀκούοντος καλὸν ἆσμα,
ἢ ῥ᾽ ὁδ᾽ ἀποστρέφεται καὶ ἀηδόνος ἁδὺ λαλεύσης
νίγλαρον, εὔφθογγον, τανάδρεον, ἀγάκλυτον ὠδαί.
ἀλλὰ σὺ λευκόριον σῶζ᾽ ἀγλαὰ τέκνα φιλώνδα
σῶζε φίλη, κομιδὴν τ᾽ ἀπόλωσον τήν σ᾽ ἐκόμισε
κεῖνος σ᾽ ἐκ ψυχᾶς στέργων, περὶ τ᾽ οὔνομα σ᾽ ἐσθλὸν
ποιήσας. ἀπὸ γὰρ τήνω σὸν ἀεὶ κλέος ἔσσεται
οἷον ἐν ἀονίαις νύμφαις ἴσον οὐκ ἔχον ἄλλο.
ὦ θείη ποῖον δὲ γένος σοι ἔλειπε σαλαία
ὡς ἀγαθόντε καλόντε καὶ οὐδενὸς ὕστερον ἄλλου
τῶν ἐργαζομένων μοισᾶν φερέτιμον ἄρουραν

στυγέλιος, πένθους νῦν αἴτιος, ὡς πρὸ τοῦ ἀμῖν
ἦν τε χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης πολύαινος ἀοιδός.
τόν τε φίλων Φοίβῳ τε καὶ ἀονίσιν φίλος εἴη,
μισῶν δ' οὐ παύσαιτο τρέφων ἐγκάρδιον ἕλκος,
ἐκ φθονερᾶς κακίης, θαναληφόρον οἷά τε καὶ ἄλλοις,
K. ὧδ' εἴη. νῦν δ' ἄμμ' ἐντεῦθεν καιρὸς ἀπελθεῖν.
ἀλλ' ἀτραπητοῦ ἴμεν ποτέραν ἐμὲ τάνδε κελεύεις;
τῆς γὰρ ὁδοῦ δηρόν γ' ἀπεὼν ἐπὶ τᾶσδε λέλασ-
(μαι.
M. ἁμέτερον σ' οἰκημάτιον πάρα, φίλτατον ἔξον
σὲ ξένον. ἔνθ' εὕδων κεκορεσμένος αὔριον ἔρχῃ
πρωῒ μάλ' ἐγρόμενος. σπεύδειν δ' ἄρα βέλτιον
(ὁρμῇ
ἧπερ ὁδῷ. τυροῦ νεαρὸν τόμον αὐτίκα λευκοῦ
θησεύμεσθ' ἅμα τε χλιαροῦ πύκνωμα γάλακ-
(τος
λείψανά τ' αὖ χοίρου χθεσινῶν ἀκροχώλια
(δείπνων.
τοῖσι δ' ἐὺς βάλανοι σποδιῆς ὕπο παλάτιον ἐφθοί
κέρσευσιν τ'· οἶνος δ' ἐς ἐπιχώριος οὐκ ἀποβλητὸς,
εὐνὴ δ' οἵπερ πρέπεται ἀνδράσιν ἀγροδιαίτοις.
δεῦρο φίλου φίλ' ἐπ' οἶκον ἴθ' ὥς τεὸν ὄντα καὶ αὐτοῦ.

CAR-

Carmen Epithalamium.

ECLOGA XVIII.

EST locus, in terra quaſe Germanide latus
Campus ad Hercinia iuga tendens ardua ſilua
Miſniaci à vicina aperit regione coloni,
Cattorumq́; ſuis attingit finibus oras
Dilectus Cereri & Baccho, nec non tibi cuſtos
Quondam Admetei pecoris, cum paſtor Apollo
Fixiſti caulas Amphryſia flumina circum:
Hic vrbs eſt ſita quam patria incola voce Saliſſam
Appellat, iuncto diſtinguens nomine Longa,
Præfectura tua Eriche Volcmare nobile cuius
Stemma nitet gentis Berlipſidos, inter & huius
Gentis ſtemma vetus Duringos, inter & Heſſos
Maiorum virtute fideq́; & fortibus actis:
Inde ſolum tu Miſniacum iam ſponſus adiſti,
Vallis amœna vbi Borniſſos complectitur agros,
Promiſſamq́; tibi mater natam ante marito
Vxorem dare decrerat propriamq́; dicare,
Maiorum gentisq́; ſua more. Atq; erat anni
Hibernos tempus pergens concludere menſes,
Iamq; dies claris procedere ſolibus auctus (ctem
Quam paulo ante magis, breuiorem & reddere no-
Cœperat, & modo creſcentem producere lucem,
Cum nec hiems abijt penitus, nec prorſus adeſt ver:
Quando ibi vicinis e ſedibus vndiq; cœtus
Virgineus,

Virgineus,ſpectata cohors,& diuite cultu
Et forme inſigni lætam duxere choream
Ante fores thalami quem picta holoſerica cingunt,
Quæq; torum inſtructum variata tapetia raræ
Artis acu externa decorant, cum clauderet intus
Præfectus ſponſam ſibi toto pectore caram.
Atq; bis ex illis ſenæ lectæ omnibus vno
Argutis teneriſq; modis tunc carmen ab ore
Compleuere ſono fundentes,atria claro.
Aurea cunctarum plexis aptata capillis
Reticula exornant caput, emicat vndiq; lucens
Lamina opus tenuis, ſuper & ſerti leuis orbes
Ex amaranti & roris habent compage marini,
Colla tegunt late baccata monilia gemmis,
Totaq; velantur precioſa corpora veſte:
Hoc habitu & vultu illæ hæc concinuere pudico,
Auxeruntq; pedum concinno carmina motu.
Circumſtat iuuenum ſpectatrix denſa caterua,
Inq; alius figens oculos alia hæret.At illæ
Sic peragunt hilari geſtu cantuq; hymenæum.
O iuuenum flos,ſponſe,tua decus inclite gentis,
Vſq; adeone tibi vix primo tempore noctis,
Paulo ante occiduas digreſſo ſole ſub vmbras,
Tot placuit cubitum conuiuis ire relictis?
An defeſſus abes?te iamq;,labantia membra
Deſtituunt? ſuadent an vina capeſſere ſomnum
Largius in cæna modo feſti epota diei?
Ac tu ſponſe,tibi ſiquidem dormire libebat,
Arbitrio ipſe tuo poteras petijſſe cubile,
Virgo tibi at cum virginibus vigilare liceret,
Hancq;

Hancq́ etiam ludo noctem conſumere honeſto,
Dum caneret lucis ſignum prænuntius ales.
Nam noſtro e numero iam pars hæc demitur vna,
At tua ſemper erit propriȷ́ poſſeßio iuris
Iſta, domus gener egregiæ, noctesq́ diesq́
Totisq́ integros menſes vertentibus annis.
Inclite Miſniacos agros te ſponſe petente,
Vir bonus atq́ pius tunc ſternuit omine fauſto
Quiſpiã, iterq́ tuum felice ita ſorte peractum eſt.
Vno namq́ cubat tecum pulcerrima lecto
Noſtrarum nulli ingenio ac virtute ſecunda,
Et præſtans aliȷ́s forma omnibus, hoc celebrare
Nos iuuat & nobis noſtram præferre ſodalem,
Et propriam illius famæ poſtponere famam,
Inter Miſniadas cum prima ſit iſta puellas.
Quippe diebus vbi, pro conſuetudine, feſtis
Aut aliquo natali, aut pompa connubiali,
Congreſſæ fuimus numero nos vndiq́ magno,
Miſniaca primæ de nobilitate puellæ,
Vix ibi tunc vllam noſtrûm ſine labe videres,
Huic ſi conferres, quamuis per ſe ſpecioſam,
Cui pulcrum pulcræ fecit Lucretia nomen,
Gente Selenicia terraq́ Serbuſide nata,
Gente Selenicia communi vtriusq́ parentis,
Gente nec extremæ ignota regionibus oræ.
Vtq́ olim æquali vernans de nocte relucet
Exoriens aurora hiemis poſt frigora duræ:
Sic quondam in noſtris fulgebat cœtibus illa,
Flammeolis oculis, roſeo ore genisq́ renidens
Purpureis, imitantur ebur ceruixq́ manusq́.

Vtq́; extat pingui tumulus ſulcatus in aruo,
Multiferis ſpectatur vt alta Cupreſſus in hortis,
Pegaſus & ſinuans aut Cyllarus ardua crura:
Sic conuerſa in ſe cunctarum hæc ora tenebat:
Non etiam illa ignara colum torquere ſequacem,
Non fuſos agitare habiles, non texere telam
Pectine denſatam, variæ non pingere miros
Veſtis acu ornatus, ſcires habuiſſe magiſtram
Hanc, cui Palladia occultum nihil eſſet in arte.
Cantantem audires, Muſas audire putares.
O dilecta gregi noſtro pulcerrima virgo,
Nunc habitura domum propriam, nobisq́; relictis
Caſta viri lectum cuſtoditura iugalem.
At nos nulla tui capient obliuia, & iſta
Quæ gerimus diſtincta tuo nunc ſerta colore,
Et quæ prætexunt nitidas crinalia frontes,
Nos, dilecta, tui immemores, Lucretia nunquam
Eſſe ſinent oculis crebro occurrentia noſtris
Suſpenſa in proprijs thalamis. Te deinde requiret
Noſter amor, lactens quondam agnus vt vbera ma-
Atq́; tuæ illeſæ fuit hic Lucretia nuper (tris.
Virginitatis honor, laus formæ celibis iſta:
At tu quam faciem oſtendes, cariſſima, nobis
Prima luce tuis, ex his emerſa tenebris?
Nam veluti intacti eſt ſpecies pulcerrima floris,
Complures cultis quos ſemper habemus in hortis.
Liliaq́; & violas genera & diuerſa roſarum,
Et te præcipue nectendis apta coronis
Formoſo ex puero qui ſuaue rubes hiacynthe:
Sic eſt virginei nitor admirabilis oris,

Sic facies quodam eximio ſplendore relucet,
Donec ſincerum tenet inuiolata pudorem.
Et niſi deciderint flores tamen ante, nec arbor
Nec poſſunt herbæ fructus producere, non fert
Læta ſeges fruges non Bacchi vinea ſuccos.
Quid ſteriles vlmi? quid vitis? ſi caret vuis.
Et fœtura hominum ſi non ſuppleuerit ortus,
Quid tandem illorum eſt de ſocietate ſuturum?
Nos etiam optamus mutatæ hæc munia formæ,
Quodq́ pudor carpit, liceat modo vera fateri,
Mens tacita atq́ animi ſecreta cupido requirit.
Felix quæ talem reperiſti nupta maritum,
Tuq́ vir hac felix tali qui coniuge gaudes,
Felices ſtirpis vinclis vtriusq́ propinqui. (vir,
Sponſa modo & iã nupta vale, nunc ſponſe vale &
Sponſe iterũ, & tu ſponſa vale, & par nobile ſalue:
Vos Deus humani generis ſeruator & autor
Aeternus pater æterni nati, vnde piorum
Spiritus egrediens ſua dona in pectora fundit,
Incolumes longo diuturnæ tempore vitæ
Propitius ſeruans & cuncta aduerſa repellens
Veſtra ſit vt concors faciat ſine fine voluntas,
Vos ſimili & vobis ſobole augeat. Haud erit ille
Partus iners prolem tulerit matriq́ patriq́
Qui bonitate parem. Sic a maioribus ortum
Antiquum genus & clara virtute celebre,
Laudatum ſera eſt in poſteritate futurum,
Illuſtrisq́ domus erit huius fama perhennis.
Iſta puellarum finiuit clauſula cantum
Commendans ſponſæ ſubtili voce decorem.

Cum

Cum pridem Oceani ſe demiſiſſet in vndas
Veſper, & ad medium curſu nox vergeret axem.
At iuuenum acceſſit iubare orto mane caterua
Et te ſponſe canens, & dulces carmine nexus
Coniugij celebrans. Generis te gloria veſtri
Sitticchi patris & genetricis Collerinæ,
In ſublime ornat tollens & honoribus auget.
Sed tua te virtus ſuper altius euehit illos,
Atq; nouis gentem Berlipſida laudibus eſſe
Ordine cum primis ſpectatam reddit equeſtri.
In te mens rectiq; tenax ſtudioſaq; honeſti,
Ingeniumq́; bonis inſigniter artibus aptum,
Et nunquam inflexa ad viciorum probra voluntas.
In te relligionis amor, pietasq́; fideſq;,
Excellens magis hoc præclara nomine fama,
Quo fieri ferme iſta videmus vbiq; minoris,
Vſq; adeo, vt furor & vulgi hac amentia ridens
Eſſe bonoſq́; proboſq; ignauum ducat inerſq;.
Huc adde ingenij lumen, ſtudijq́; labores
Doctrinæ & cultus: Te Gallia & Itala tellus
Nunc etiam audito miratur nomine, & eſſe
Germanos populum humanum fortemq́; fatetur.
Præq; alijs bene te morata Bononia gaudet
Hoſpite, virtutum teſtis non vana tuarum.
Te natus Tuſco nutritusq; audiat agro,
Et priſcis Sequana cum celtis accola Francus,
Eſſe ſuum ciuem iuratus dicet vterq́;.
Quanta ſed eſt Latij ſermonis copia puri?
Qua cura patriæ perculta oratio linguæ.
Splendida quo ſtudio dicendi parta facultas?

Quæ

Quæ legum & ſancti quæſita ſcientia iuris?
Nunc te concilium auguſtum deſiderat, vnum
Ex numero imperij quo impletur curia diui,
Conſlaturq́; ſacri terris tutela ſenatus,
Cauſſa & iudicio quæuis deciditur æquo,
Fulſit vbi tua conſtantis prudentia mentis.
At fruitur tellus te præſide læta,paterna,
In tua qua virtus rara & ſapientia lucet
Aetherios inter reliquos vt Phoſphorus ignes.
Ac tua nunc etiam hoc cumulantur plurima facto
Egregie prius acta & geſta: Quod integer æui
Atq; incorruptæ ſplendeſcens flore iuuentæ,
Ante tuam quam flagitijs obſcœna voluptas
Et turpi infamem macularet crimine vitam,
Scandis legitimi conceſſa cubilia lecti,
Et dulces certi fructus decerpis amoris,
Pectora pectoribus caſto iungens hymeneo.
Quo ſine nunquam ignominia caret,aut comitantẽ
Gratiam habet Cytherea,vagante libidinis æſtu.
Tollite coniugium,natura ruet,quia nectit
Mutua totius compagem copula mundi,
Inq́; hoc quicquid ineſt connubia læta propagant.
Quadrupedũ volucrũq́; genus turbamq́; natantũ.
Quinetiam palmis perhibetur ineſſe cupido
Complexus, vitis circum ſeq́; implicat vlmum.
Quod ſi concreſcunt lapides,vt creditur,& iam
Coniugij in caſſis anima ſe oſtendit imago.
Sed cur exemplis alienis quærimus vti?
Noſtrum aliquis genus aſpiciat.nõ hoc modo ſeruat
Concubitus,ſed concubitus lex certa pudorq́;,

Qui duo ſecernens ex omnibus efficit vnum,
Atq; vnum duplicat rurſum. Hinc ſapientia nata,
Hinc virtus hominum ſeſe exerit, & parit artes.
Non fora,non vrbes, non eſſet cultus agrorum,
Fundamenta niſi iaceret domus omnibus vna.
Ad maiora animus fertur, cui virgo parens eſt
Aeterni nato patris, huius quæ ſit origo
In terris monſtrat ſeries inde vſq; ab Adamo
Continuata,ſatus perq; enumerata iugales,
Donec Chriſte creat te ſancta virginis aluus,
Nomine non etiam expertis neq; lege mariti.
Ad nos coniugij ſed mentio noſtra recurrat.
Coniugium, Cecropis geminatos inſtruit artus,
Vtq; ſit alterius facit alter pes, manus, auris,
Et ſtabilit quicquid firmum eſt fulcitq; ruinas.
Pondera curarum minuunt diuiſa dolores,
Commoda lætitiæ augeſcunt partita duobus.
Suppeditantur opes:gratas concordia reddit.
Res parua eſt: rem multiplicat concordia paruam,
Solamenq; domo eſt concordia paupere præſens.
Temperat hoc flammas laxatq; cupidinis arcus,
Et deſiderium iuſto moderamine miſcet,
Cuſtoditq; domum, affectusq; in corde refrenat,
Et pacti blandas leges conſignat amoris,
Debitaq; officij perſoluit mutua iuſti.
Vtq; trahunt facili bijuges ſimul eſſeda niſu,
Coniugum ita æquali curſu deducitur ætas:
His fontis ſcatet vna domi, intractabilis vnda
Externis manib.nō hæc vaga flumine manans
Luxuriante foras,non riuum aliunde requirens

Deducti

Deducti laticis, propriꝫ ſed plena liquoris,
Pura perhennis aquæ ſemper quem copia fundit.
Vnum hi corpore ſunt, animi his ſententia concors.
Hos pius vrget amor, nec ſaucia pectora turpi
Vulnere, ab infami miſſa Cythereïus arcu
Quale puer dira facit exitiale ſagitta,
Implorare Deum fugiunt, precibusq́ꝫ ſalutem
Et refragantis votis expoſcere cordis.
Quod ſi cui ſoli conceſſum eſt cœlibe vita
Clauſtra impolluti ſeruare integra pudoris,
Et penitus vetita extinxiſſe libidinis ignes,
Gaudeat, & grata diuini mente fruatur
Munere communem ſortem ſuperante fauoris.
Talia dum iuuenum celebrantur carmina voce
Cœpit purpureos aurora oſtendere vultus,
Tympana iamq́ꝫ ſonant, ſimul & dat tibia cantus,
Atqꝫ noua alterius reparantur feſta diei.
Hactenus at verſu nos hac retuliſſe Latino
Sit ſatis, & lætis memoraſſe audita camœnis.
Procedat vertens completis menſibus annus,
Propitio adiutore Deo, cuius veneratur
Relligio noſtra & ſolius numen adorat,
Aeterni patris & nati cum flamine ſancto:
Nosq́ꝫ Genethliaca cumulabimus iſta Thalia.

Phyllis.

ECLOGA XIX.

THESTYLIS ET PHYLLIS.

EST ne domi Phyllis? Ph. Quis me vult? Theſtyli tune
Hic aderas? Quin ingrederis. Theſt. non ocia tēpus
Suppeditant. Vult vir frumenta extundere, fuſtem
Iuſſa fero, quem potus heri à caupone referre
Neglexit. Quod ſi mora fiat, forſitan in me
Impingat fuſtem prius, iracundus & audax.
Nam quid ego hoc taceam? quod notum eſt omnib.
Quæſo iuua me cōſilio. P. Quid conſulis ergo, (At tu
Quaue in re? mea tu dic Theſtyli. non tibi deerit
Illa mea qualiscunq; eſt ſapientia mentis,
Non operam patiar noſtrum ſtudiumq; requiri.
Th. Sed ne quis quicquā reſciſcat. Ph. Dic age, nemo
Audiet ex me aliquid. Th. ſæuum et ſine fine furentē
Peruerſum, vanum, verbis rebusq; ferocem
Pagi odium peſtemq; domus, iam cogito tandem
Deſeruiſſe virum. Ph. Quid narras quæſo? Th. Quod audis.
Ph. At mea tu, quod ais, ne feceris. T. Obſecro quare?
Non durare queo cum tali nupta marito.
Ph. Quod iuuet ergo illū facies. Th. cur? Ph. liber ab
Ipſe metu gerere vt poßit, quæcunq; libido (omni
Forte tulit, carpatq; tuos mox altera fructus,
Ipſa bonis proprijs poſtquam te eieceris vltro.

Th. Quid mea Phylli igitur ſuades? Ph. mea Theſtyli
Rebus in aduerſis animo melius patiente (nil eſt
Fortiter vt quicq; acciderit. Nam triſte malumq́;
Dimidio eſſe minus bona mens facit, An tibi ſoli
Non recte eſſe putas? Etiam me multa dolore
Afficiunt. Hominum ſic fert natura, vt vbiq́;
Et mala ſint permiſta bonis, & triſtia latis,
Et nihil inueniatur ab omni parte beatum,
Iſtius in toto mortalis tempore vitæ.
T. Sic, mea Phylli quidē humanorum vt copia maior
Inq; loco inq; omni ſit conditione, malorum.
Sed meus eſtne? quæſo tuo qui gallus in horto
Concutiens alas cantus ciet improbus ore
Obſtrepero abſurdos, gallinarumq́; cohortem
Seducit vagus, & vicinos inter oberrans
Intempeſtiua multis eſt voce moleſtus.
Certę eſt ille meus. Quem tu nunc obſecro mecum
Depellas abigens, quoties & deinde videbis
Tuq́; omnesq; tui inclament, agitentq́; fugentq́;
Nec cures, ictu lædas ſi ſorte ferocem.
Nanq; mihi eſt animus tandē hunc remouere, neq;
Quippe caſam ſolet vtilis eſſe, forisq́; nocere. (intra
Sed nimis hic iam Phylli, diu, mea, ceſſo. Valeto.
Ph. Theſtyli tuq́; vale. & poteris ſi quando, redito,
Cum neq; opus neq; formido remanere vetabit.

ταῖσιν ἐμοῖς ψιθυρισδέσταισιν ἰαίνεται ἦτορ
καίπερ ἐν ἀφράστοις ἀχέων ὀδύναις πολυ-
(κλαύτων
στυγέλιον πενθοῦντα ὀλωλότα ἥμιον ἄνδρα.
K. οὐ φιλέω δολεροὺς αἰονάτων τέκτονας ἔργων,
οὐδ' ἔτι τὰς χαλκεὺς κακομαχαίαισι πεποι-
(θώς
σκεύε' ἀκωδώνιστα δυσάχε' ὀλέθρια τεύχει.
μισῶ δ' αὖ λήρων ῥάπτας καὶ κοσκινομάντεις,
τοῖς ἐν κυκᾶ περιγλώσσων φῦλον ἄμουσον,
τολματάς τ' ἄλλων τ' ἐπιλήπτορας ὀρσοκυδοι-
(μους,
τοῖς τ' ἐπ' αἰσχίστων ψευδηγόρον ἔθνος ἀ-
(γυρτᾶν.
ἁμέτερον γε τεθνακότ' ἀληθῆ τ' ἀγαπῶντες ἑταῖρον
στυγέλιον πενθοῦμεν ἀπώλετ' ἀλάθεα τεχνῶν.
M. μάντεις δ' οἷος ἀρ ἦν ὀρφεύς ποκα καὶ λίνος,
(ὄντε
μουσαῖον καλέσαντο σελαναίης φίλον υἱόν,
τεχνατάς τε καλῶν ἁμοῖς θαυμάζομεν ἔργων
τεύξαντας πάμπολλα βίῳ πολύχρηστα βροτείῳ,
φορμίσκους καλάθους, καὶ κυσσύβι' ἢ καὶ κύπελλα.
ποῖον δ' ἐκ δρυμῶν, κορύδων, τὸ λαγωβόλον οἶ-
(σθας;
εἶχε ταμών, ἵνα τῶς τε λύκως ἀπὸ τῆλε διώκῃ
ποιμνίου ἀλλοτρίων τε κυνῶν καὶ ἐρύκῃ ὑλαγμοὺς
στυγέλι-

σιγέλιος, τὸν πενθοῦμεν δραστήριον ἄνδρα.

K. εἴπω τυρίσδων ποκὰ κύκλωψ ἤρεσ' ἀν' αἶτρον
αἰτναῖον μάλοισι παρήμενος, ἤ τ' ἄρα τήνος
ἤδεθ' ἁλὸς φλοίσβῳ καὶ κύμασ' ὀρινομένοιο,
ἢ καὶ τευχομένῳ νεοπαγοῦς ῥυμῷ ἀμάξης.
σεῦ δὲ φρὲν ὦ γαλάτεια ἴσως ἵμερος ὦρσε ταλαίνης
θηρὸς ἐρᾶν τοῖσδε πελωρίου οἰογλήνου;
ἀνδροβόρου, κακοχάρτου, ἀνήλεος, ἄφρονος, ὠμοῦ
ὡς καὶ δυσφάμῳ πολυφάμῳ τέκνα λοχεῦσαι
ἴλλυρα καὶ γαλάτην διδυμάονε, σύντροφ' ὁμοίω.

M. εἴπου μελπομένου μακαρίτου πρόσθε φιλῶνδα
οὐκ εὐφραίνετο θυμὸς ἀκούοντος καλὸν ἆσμα,
ἢ ῥ' οὐδ' ἀποστρέφεται καὶ ἀηδόνος ἁδὺ λαλεύσης
νίγλαρον, εὔφθογγον, τανάδερον, ἀγάκλυτον ᾠδάν.
ἀλλὰ σὺ λευκόριον σῶζ' ἀγλαὰ τέκνα φιλῶνδα,
σῶζε φίλη, κομιδήν τ' ἀπόλυσον τήν σ' ἐκόμισε
κεῖνος σ' ἐκ ψυχᾶς στέργων, περὶ τ' οὔνομα σ' ἐσθλὸν
ποιήσας. ἀπὸ γὰρ τήνω σὸν ἀεὶ κλέος ἔσαι
οἷον ἐν ἀονίαις νύμφαις ἴσον οὐκ ἔχον ἄλλο.
ὦ θεὶή ποῖον δὲ γένος σοι ἔλειπε σαλαία
ὡς ἀγαθόντε καλόντε καὶ οὐδενὸς ὕστερον ἄλλου
τῶν ἐργαζομένων μοισᾶν φερέτιμον ἄρουραν

στιγέλιος, πένθευς νῦν αἴτιος, ὡς πρὸ τοῦ ἁμῖν
ἦν τε χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης πολύαινος ἀοιδός.
τόν τε φιλῶν Φοίβῳ τε καὶ ἀονίσιν φίλος εἴη,
μισῶν δ' οὐ παύσαιτο τρέφων ἐγκάρδιον ἕλκος,
ἐκ φθονερᾶς κακίης, θαναληφόρον οἷτε καὶ ἄλλοις,
K. ὣς δ' εἴη. νῦν δ' ἄμμ' ἐντεῦθεν καιρὸς ἀπελθεῖν.
ἀλλ' ἀτραπητοῦ ἴμεν ποτέραν ἐμὲ τὰνδε κελεύεις;
τῆς γὰρ ὁδοῦ δηρόν γ' ἀπεὼν ἐπὶ τᾶσδε λέλασ-
(μαι.
M. ἁμέτερον σ' οἰκημάτιον πάρα, φίλτατον ἔξον
σὲ ξένον. ἔνθ' εὕδων κεκορεσμένος αὔριον ἔρχῃ
πρωῒ μάλ' ἐρχόμενος. σπεύδειν δ' ἄρα βέλτιον
(ὁρμῇ
ἤπερ ὁδῷ. τυροῦ νεαρὸν τόμον αὐτίκα λευκοῦ
θησεύμεσθ' ἅμα τε χλιαροῦ πύκνωμα γάλακ-
(τος
λείψανα τ' αὖ χοίρου χθεσινῶν ἀκροχώλια
(δείπνων.
τοῖσι δίος βάλανοι σποδιῆς ὕπο πλάτιον ἐφθοί
κεῖσονται· οἶνος δ' ἐς ἐπιχώριος οὐκ ἀπόβλητος,
εὐνή δ' οἵπερ πρέπει ἀνδράσιν ἀγροδιαίτοις.
δεῦρο φίλου φίλ' ἐπ' οἶκον ἴθ' ὥς τεὸν ὄντα καὶ αὐτοῦ.

Carmen Epithalamium.

ECLOGA XVIII.

EST locus, in terra quaſe Germanide latus
Campus ad Hercinia iuga tendens ardua ſilua
Miſniaci à vicina aperit regione coloni,
Cattorumq́ ſuis attingit finibus oras
Dilectus Cereri & Baccho, nec non tibi cuſtos
Quondam Admetei pecoris, cum paſtor Apollo
Fixiſti caulas Amphryſia flumina circum:
Hic vrbs eſt ſita quam patria incola voce Saliſſam
Appellat, iuncto diſtinguens nomine Longa,
Præfectura tua Eriche Volcmare nobile cuius
Stemma nitet gentis Berlipſidos, inter & huius
Gentis ſtemma vetus Duringos, inter & Heſſos
Maiorum virtute fideq́ & fortibus actis:
Inde ſolum tu Miſniacum iam ſponſus adiſti,
Vallis amœna vbi Borniſſos complectitur agros,
Promiſſamq́ tibi mater natam ante marito
Vxorem dare decrerat propriamq́ dicare,
Maiorum gentisq́ ſua more. Atq́ erat anni
Hibernos tempus pergens concludere menſes,
Iamq́ dies claris procedere ſolibus auctus (ctem
Quam paulo ante magis, breuiorem & reddere no-
Cœperat, & modo creſcentem producere lucem;
Cum nec hiems abijt penitus, nec prorſus adeſt ver:
Quando ibi vicinis e ſedibus vndiq́ cœtus
Virgineus,

Virgineus,ſpectata cohors,& diuite cultu
Et forme inſigni lætam duxere choream
Ante fores thalami quem picta holoſerica cingunt,
Quæq; torum inſtructum variata tapetia raræ
Artis acu externa decorant, cum clauderet intus
Præfectus ſponſam ſibi toto pectore caram.
Atq; bis ex illis ſenæ lectæ omnibus vno
Argutis tenerisq; modis tunc carmen ab ore
Compleuere ſono fundentes,atria claro.
Aurea cunctarum plexis aptata capillis
Reticula exornant caput , emicat vndiq; lucens
Laminæ opus tenuis, ſuper & ſerti leuis orbes
Ex amaranti & roris habent compage marini,
Colla tegunt late baccata monilia gemmis,
Totaq; velantur precioſa corpora veſte:
Hoc habitu & vultu illæ hæc concinuere pudico,
Auxeruntq; pedum concinno carmina motu.
Circumſtat iuuenum ſpectatrix denſa caterua,
Inq; alius figens oculos alia hæret.At illæ
Sic peragunt hilari geſtu cantuq; hymenæum.
O iuuenum flos,ſponſe,tuæ decus inclite gentis,
Vſq; adeone tibi vix primo tempore noctis,
Paulo ante occiduas digreſſo ſole ſub vmbras,
Tot placuit cubitum conuiuis ire relictis ?
An defeſſus abes?te iamq;,labantia membra
Deſtituunt? ſuadent an vina capeſſere ſomnum
Largius in cæna modo feſti epota diei?
Ac tu ſponſe,tibi ſiquidem dormire libebat,
Arbitrio ipſe tuo poteras petiiſſe cubile,
Virgo tibi at cum virginibus vigilare liceret,

Hancq;

Hancq́; etiam ludo noctem conſumere honeſto,
Dum caneret lucis ſignum prænuntius ales.
Nam noſtro e numero iam pars hæc demitur vna,
At tua ſemper erit propriĳ poſſeſſio iuris
Iſta, domus gener egregia, noctesq́; diesq́;
Totisq́; integros menſes vertentibus annis.
Inclite Miſniacos agros te ſponſe petente,
Vir bonus atq; pius tunc ſternuit omine fauſto
Quiſpiã, iterq́; tuum felice ita ſorte peractum eſt.
Vno namq; cubat tecum pulcerrima lecto
Noſtrarum nulli ingenio ac virtute ſecunda,
Et præſtans aliĳs forma omnibus, hoc celebrare
Nos iuuat & nobis noſtram præferre ſodalem,
Et propriam illius famæ poſtponere famam,
Inter Miſniadas cum prima ſit iſta puellas.
Quippe diebus vbi, pro conſuetudine, feſtis
Aut aliquo natali, aut pompa connubiali,
Congreſſæ fuimus numero nos vndiq; magno,
Miſniaca primæ de nobilitate puellæ,
Vix ibi tunc vllam noſtrûm ſine labe videres,
Huic ſi conferres, quamuis per ſe ſpecioſam,
Cui pulcrum pulcræ fecit Lucretia nomen,
Gente Selenicia terraq́; Serbuſide nata,
Gente Selenicia communi vtriusq́; parentis,
Gente nec extremæ ignota regionibus oræ.
Vtq́; olim æquali vernans de nocte relucet
Exoriens aurora hiemis poſt frigora duræ:
Sic quondam in noſtris fulgebat cœtibus illa,
Flammeolis oculis, roſeo ore genisq; renidens
Purpureis, imitantur ebur ceruixq; manusq́;.

Vtq;

Vtq; extat pingui tumulus ſulcatus in aruo,
Multiferis ſpectatur vt alta Cupreſſus in hortis,
Pegaſus & ſinuans aut Cyllarus ardua crura:
Sic conuerſa in ſe cunctarum hæc ora tenebat:
Non etiam illa ignara colum torquere ſequacem,
Non fuſos agitare habiles, non texere telam
Pectine denſatam, variæ non pingere miros
Veſtis acu ornatus, ſcires habuiſſe magiſtram
Hanc, cui Palladia occultum nihil eſſet in arte.
Cantantem audires, Muſas audire putares.
O dilecta gregi noſtro pulcerrima virgo,
Nunc habitura domum propriam, nobiſq; relictis
Caſta viri lectum cuſtoditura iugalem.
At nos nulla tui capient obliuia, & iſta
Quæ gerimus diſtincta tuo nunc ſerta colore,
Et quæ prætexunt nitidas crinalia frontes,
Nos, dilecta, tui immemores, Lucretia nunquam
Eſſe ſinent oculis crebro occurrentia noſtris
Suſpenſa in proprijs thalamis. Te deinde requiret
Noſter amor, lactens quondam agnus vt vbera ma-
Atq; tuæ illeſæ fuit hic Lucretia nuper (tris.
Virginitatis honor, laus formæ celibis iſta:
At tu quam faciem oſtendes, cariſsima, nobis
Prima luce tuis, ex his emerſa tenebris?
Nam veluti intacti eſt ſpecies pulcerrima floris,
Complures cultis quos ſemper habemus in hortis.
Liliaq; & violas genera & diuerſa roſarum,
Et te præcipue nectendis apta coronis
Formoſo ex puero qui ſuaue rubes hiacynthe:
Sic eſt virginei nitor admirabilis oris,

Sic

Sic facies quodam eximio ſplendore relucet,
Donec ſincerum tenet inuiolata pudorem.
Et niſi deciderint flores tamen ante, nec arbor
Nec poſſunt herbæ fructus producere, non fert
Læta ſeges fruges non Bacchi vinea ſuccos.
Quid ſteriles vlmi? quid vitis? ſi caret vuis.
Et fœtura hominum ſi non ſuppleuerit ortus,
Quid tandem illorum eſt de ſocietate futurum?
Nos etiam optamus mutata hæc munia forma,
Quodq́ pudor carpit, liceat modo vera fateri,
Mens tacita atq́ animi ſecreta cupido requirit.
Felix quæ talem reperiſti nupta maritum,
Tuq́ vir hac felix tali qui coniuge gaudes,
Felices ſtirpis vinclis vtriusq́ propinqui. (vir,
Sponſa modo & iã nupta vale, nunc ſponſe vale &
Sponſe iterũ, & tu ſponſa vale, & par nobile ſalue:
Vos Deus humani generis ſeruator & autor
Aeternus pater æterni nati, vnde piorum
Spiritus egrediens ſua dona in pectora fundit,
Incolumes longo diuturnæ tempore vitæ
Propitius ſeruans & cuncta aduerſa repellens
Veſtra ſit vt concors faciat ſine fine voluntas,
Vos ſimili & vobis ſobole augeat. Haud erit ille
Partus iners prolem tulerit matriq́ patriq́
Qui bonitate parem. Sic a maioribus ortum
Antiquum genus & clara virtute celebre,
Laudatum ſera eſt in poſteritate futurum,
Illuſtrisq́ domus erit huius fama perhennis.
Iſta puellarum finiuit clauſula cantum.
Commendans ſponſæ ſubtili voce decorem.

Cum

Cum pridem Oceani ſe demiſiſſet in vndas
Veſper, & ad medium curſu nox vergeret axem.
At iuuenum acceſſit iubare orto mane caterua
Et te ſponſe canens, & dulces carmine nexus
Coniugij celebrans. Generis te gloria veſtri
Sitticchi patris & genetricis Collerinæ,
In ſublime ornat tollens & honoribus auget.
Sed tua te virtus ſuper altius euehit illos,
Atq; nouis gentem Berlipſida laudibus eſſe
Ordine cum primis ſpectatam reddit equeſtri.
In te mens rectiq; tenax ſtudioſaq; honeſti,
Ingeniumq; bonis inſigniter artibus aptum,
Et nunquam inflexa ad viciorum probra voluntas.
In te relligionis amor, pietasq; fidesq;,
Excellens magis hoc præclara nomine famæ,
Quo fieri ferme iſta videmus vbiq; minoris,
Vſq; adeo, vt furor & vulgi hæc amentia ridens
Eſſe bonosq; probosq; ignauum ducat inersq; .
Huc adde ingenij lumen, ſtudijq; labores
Doctrinæ & cultus: Te Gallia & Itala tellus
Nunc etiam audito miratur nomine, & eſſe
Germanos populum humanum fortemq; fatetur.
Præq; alijs bene te morata Bononia gaudet
Hoſpite, virtutum teſtis non vana tuarum.
Te natus Tuſco nutritusq; audiat agro,
Et priſcis Sequana cum celtis accola Francus,
Eſſe ſuum ciuem iuratus dicet vterq;.
Quanta ſed eſt Latij ſermonis copia puri?
Qua cura patriæ perculta oratio linguæ.
Splendida quo ſtudio dicendi parta facultas?

Quæ legum & ſancti quæſita ſcientia iuris?
Nunc te concilium auguſtum deſiderat, vnum
Ex numero imperij quo impletur curia diui,
Conflaturq́; ſacri terris tutela ſenatus,
Cauſſa & iudicio quæuis deciditur æquo,
Fulſit vbi tua conſtantis prudentia mentis.
At fruitur tellus te præſide læta, paterna,
In tua qua virtus rara & ſapientia lucet
Aetherios inter reliquos vt Phoſphorus ignes.
Ac tua nunc etiam hoc cumulantur plurima facto
Egregie prius acta & geſta: Quod integer æui
Atq; incorruptæ ſplendeſcens flore iuuentæ,
Ante tuam quam flagitijs obſcœna voluptas
Et turpi infamem macularet crimine vitam,
Scandis legitimi conceſſa cubilia lecti,
Et dulces certi fructus decerpis amoris,
Pectora pectoribus caſto iungens hymeneo.
Quo ſine nunquam ignominia caret, aut comitantē
Gratiam habet Cytherea, vagante libidinis æſtu.
Tollite coniugium, natura ruet, quia nectit
Mutua totius compagem copula mundi,
Inq́; hoc quicquid ineſt connubia læta propagant.
Quadrupedū volucrūq́; genus turbamq́; natantū.
Quinetiam palmis perhibetur ineſſe cupido
Complexus, vitis circum ſeq́; implicat vlmum.
Quod ſi concreſcunt lapides, vt creditur, & iam
Coniugij in caſus anima ſe oſtendit imago.
Sed cur exemplis alienis quærimus vti?
Noſtrum aliquis genus aſpiciat. nō hoc modo ſeruat
Concubitus, ſed concubitus lex certa pudorq́;,

Qui duo ſecernens ex omnibus efficit vnum,
Atq; vnum duplicat rurſum. Hinc ſapientia nata,
Hinc virtus hominum ſeſe exerit, & parit artes.
Non fora,non vrbes, non eſſet cultus agrorum,
Fundamenta niſi iaceret domus omnibus vna.
Ad maiora animus fertur, cui virgo parens eſt
Aeterni nato patris, huius quæ ſit origo
In terris monſtrat ſeries inde vſq; ab Adamo
Continuata,ſatus perq; enumerata iugales,
Donec Chriſte creat te ſancta virginis aluus,
Nomine non etiam expertis neq; lege mariti.
Ad nos coniugij ſed mentio noſtra recurrat.
Coniugium, Cecropis geminatos inſtruit artus,
Vtq; ſit alterius facit alter pes, manus, auris,
Et ſtabilit quicquid firmum eſt fulcitq; ruinas.
Pondera curarum minuunt diuiſa dolores,
Commoda lætitiæ augeſcunt partita duobus.
Suppeditantur opes:gratas concordia reddit.
Res parua eſt: rem multiplicat concordia paruam,
Solamenq; domo eſt concordia paupere præſens.
Temperat hoc flammas laxatq; cupidinis arcus,
Et deſiderium iuſto moderamine miſcet,
Cuſtoditq; domum, affectusq; in corde refrenat,
Et pacti blandas leges conſignat amoris,
Debitaq; officij perſoluit mutua iuſti.
Vtq; trahunt facili bijuges ſimul eſſeda niſu,
Coniugum ita æquali curſu deducitur ætas:
His fontis ſcatet vna domi, intractabilis vnda
Externis manib.nō hæc vaga flumine manans
Luxuriante foras,non riuum aliunde requirens

Deducti

Deducti laticis, propriſ ſed plena liquoris,
Pura perhennis aquæ ſemper quem copia fundit.
Vnum hi corpore ſunt, animi his ſententia concors.
Hos pius vrget amor, nec ſaucia pectora turpi
Vulnere, ab infami miſſa Cythereïus arcu
Quale puer dira facit exitiale ſagitta,
Implorare Deum fugiunt, precibusq; ſalutem
Et refragantis votis expoſcere cordis.
Quod ſi cui ſoli conceſſum eſt cœlibe vita
Clauſtra impolluti ſeruare integra pudoris,
Et penitus vetita extinxiſſe libidinis ignes,
Gaudeat, & grata diuini mente fruatur
Munere communem ſortem ſuperante fauoris.
Talia dum iuuenum celebrantur carmina voce
Cœpit purpureos aurora oſtendere vultus,
Tympana iamq; ſonant, ſimul & dat tibia cantus,
Atq; noua alterius reparantur feſta diei.
Hactenus at verſu nos hæc retuliſſe Latino
Sit ſatis, & lætus memoraſſe audita camœnis.
Procedat vertens completis menſibus annus,
Propitio adiutore Deo, cuius veneratur
Relligio noſtra & ſolius numen adorat,
Aeterni patris & nati cum flamine ſancto:
Nosq; Genethliaca cnmulabimus iſta Thalia.

 Phyllis.

Th. Quid mea Phylli igitur ſuades? Ph. mea Theſtyli
Rebus in aduerſis animo melius patiente (nil eſt
Fortiter vt quicq; acciderit. Nam triſte malumq;
Dimidio eſſe minus bona mens facit, An tibi ſoli
Non recte eſſe putas? Etiam me multa dolore
Afficiunt. Hominum ſic fert natura, vt vbiq;
Et mala ſint permiſta bonis, & triſtia latis,
Et nihil inueniatur ab omni parte beatum,
Iſtius in toto mortalis tempore vitæ.
T. Sic, mea Phylli quidē humanorum vt copia maior
Inq; loco inq; omni ſit conditione, malorum.
Sed meus eſtne? quæſo tuo qui gallus in horto
Concutiens alas cantus ciet improbus ore
Obſtrepero abſurdos, gallinarumq; cohortem
Seducit vagus, & vicinos inter oberrans
Intempeſtiua multis eſt voce moleſtus.
Certe eſt ille meus. Quem tu nunc obſecro mecum
Depellas abigens, quoties & deinde videbis
Tuq; omnesq; tui inclament, agitentq; fugentq;
Nec cures, ictu ladas ſi ſorte ferocem.
Nanq; mihi eſt animus tandē hunc remouere, neq;
Quippe caſam ſolet vtilis eſſe, forisq; nocere. (intra
Sed nimis hic iam Phylli, diu, mea, ceſſo. Valeto.
Ph. Theſtyli tuq; vale. & poteris ſi quando, redito,
Cum neq; opus neq; formido remanere vetabit.

Corydon.

ECLOGA XX.

LYCIDAS CORYDON.

Lyc. DIc mihi quæſo tui vicinus ruſticus agri
Nũquid adhuc, Corydõ. Scin quid memorare
Cor. Idẽ eſt qualis erat. cui nuper falce nouellũ (volebã?
Circum furtiua cedenti quaq; ſalictum
Deprahenſo, Damon, manifeſto, quid facis? inquit,
Improbe. At hic fugiens euadere, faſce relicto
Cœperat abſciſſis quem concinnare flagellis.
Lyc. Haud eſſe improbitas petulanſq; audacia ſemper
Fortunata ſolet. Deus & tandem auſa nefanda
Cernit, & aduertens animum vlciſcendo cohercet.
Sed nos hæc, Corydon, potius bona verba loquamur
Luce bona, celebrẽtq; Deum modo carmina noſtra,
Et prece magna vocent venerando numina, caſta,
Ingrata & ſileant voces triſteſq; querelæ.
Tuq; age, ſemper enim in promtu ſemperq; paratũ
Carmen habes aliquod, ſilueſtrem ordine Camenã,
Hanc tenui mea Muſa deinde ſequetur auena.
Cor. Hæc tua larga æterne Deus bona, dextera præbet
Tempore pacifera terras hilarante quietis:
Vomere preſſa graui vt proſcindens ruſticus arua
Cantu tractatus curui ſoletur aratri,
Aequatoq; ſolo committat ſemina raſtris.
Quæ ſimul vt mandauit humo diſcedit, & anni
Vertentis frumentifero ſua præmia menſe
Expectat

Expectat nauata opera exhauſtiq; laboris,
Deducitq; greges ſuus intra tegmina paſtor,
Lataq; domiq; boues linquentes paſcua ſeruat.
Altera ſed ſunt hæc tua clamentiſſime dona
Et benefacta Deus, ſegetem quod conſpicit ille
Qui conſeuit agrum demeſſaq; grana recondit
Ipſe, neq; hæc fiunt aliena præda rapinæ,
Sæpe dedit quæ damna mali veſania belli,
Igne nocens ferroq; & vaſtatrice ruina.
Hanc auerte Deus, Deus opt. Max. peſtem,
Hunc Deus à noſtris oris depelle furorem,
Sementem, vt fruges, qui fecit, colligat idem
Inq; ſuam proprius cuſtos pecuaria caulam,
Inq; armenta ſui ſtabuli præſepe reducat.
Lyc. Pace virent agri, pecudes armentaq; gaudent.
Multa ouium viridi tunc errant milia campo,
Noctu armenta redire boum properantia claudit
In ſtabulis cuſtos, mulctræ tunc lacte redundant.
Iura vigent, legesq; valent, dant læta quietem
Ocia, Muſarum ſacris operata iuuentus
Doctrinæ ſtudet, & virtutis creſcit honore.
Relligio illuſtri excercetur ſplendida cultu,
Totæ vrbes florent, pax eſt res optima rerum.
Huius coniugium eſt, huius cognatio, & huius
Liberi & affines, & opes, & corpora ſana,
Horrea frumentis, & vino hæc dolia replet.
Iungit amicitiam, & commercia mutua ſeruat.
Hæc eadem agricolam ſaxis dura atq; ſalebris
Nutrit humo. Nihil arua absq; hac cū pinguia pro-
Ipſa per arma ſuas tunc ducit aranea telas. (ſint

Tunc etiam incluſum exeditur rubigine ferrum.
Tunc ſepelire ſolent nati plærunq; parentes
Effœtos ipſi iam ætate & viribus aucti.
Non tunc cæde viri pereunt, non tecta cremantur
Hoſtili iniecto manibus crudelibus igne.
Non tunc externis bona ſunt ciuilia prædæ
Non vaſtatur ager. Tunc eſt imbellis & ætas
In tuto, & ſexus. Non obſtat tunc tuba ſomno.
Hæc Deus o noſtris, Deus, o largire diebus
Commoda, perniciem diriq; auertito belli.
Nec laceret vecors noſtras diſcordia terras,
Sanguineo aut mentes agitet Bellona flagello.
Cuncta Deo pacis te ſint autore quieta,
Cunctaq; propitio & te ſint tranquilla benigno.

Votum

Votum ſeu preces.

Conceptas animo nuper pia carmine laudes
Vota reus ſoluam, damnauit me tua, fili
Chriſte æterne Dei æterni, clementia voto.
Vndiq; me circum ſtreperet cum turba malorũ,
Morborumq́; lues, improuiſiq́; tumultus
Vicina in patria Martis regione furentis
Enectæq́; fame prius exhauſtæq́; tributis,
Heu mihi quam ſæua & triſtes peſtes & acerba,
Cunctaq; diuinæ complexæ nomina pœnæ,
Qua tandem merito laxans vlciſcitur iram
Iuſticia, Deus, aſſuetum ſuperante fauorem:
Tunc ope defectus, tunc ſpe deſertus ab omni
Te prece ſolliciti cordis trepidante vocaui,
Multiplice & grauium curarum pondere feſſi,
Chriſte hominum generis cuſtos autorq; ſalutis,
Totius & cuius propria eſt poſſeſſio mundi,
Et data cui celi eſt omnis terræq́; poteſtas.
Tu faciles nobis præbens orantibus aures
Protexiſti inopem auxilij dextramq́; dediſti
Impulſo, & vita incolumis resq; integra manſit
Nunc quoq; propitio te noſtra tuente paterna.
At tuus, o ſedes Franconidos, incola, gentis
Priſca recens veteris, quæ Vuurci nobile purgi
E re nomen habes, vrbs Bacchi munere diues,
Deq; fluente vuis compreſſis inclita muſto:
Fata ſua & patriæ luget deflendo ruinam.
Hæc mihi, qui nuper te, Noricoberga, relicta

Veniſſem ad generis tunc incunabula noſtri,
Regneſi ſit vbi ſciſſo inſula flumine, pontes
Et duo congreſſus præſtant. Vbi Cæſaris extant
Henrici monumenta pij, pauonis in vrbe,
Teutonicum vnde tuum nomen, Pabeperga vocatũ
Ortus terra mei maiorumq́; ordine retro (eſt,
Longæuo, & multos annos numerante meorum:
Viribus atq; viris opibusq́; aliquando potens vrbs,
Floruit & laudabilium in qua copia rerum
De celo donec flagrauit curia tacta,
Seditio & reliquos incidit concita neruos.
Hæc igitur tunc ſunt comperta haud illa timenti,
Nuntius indignæ cladisq́; exterruit omnes
Et ſama admiſta veris formidine falſa
Non ignauorum fregit quoq; pectora. Qui tunc
Vrbe pauor tota? quæ conſternatio? quanta
Sollicitudo ſuas fortunas eripere hoſtis
Immitis manibus vaſtatriciq́; rapinæ?
Nec iam tabifici morbi, nec letifer annus
Amplius vrgebant vllos, quanquam ſua paſſim
Funera per totam tunc vrbem vicus habebat
Omnium & iſte animos dudum peruaſerat angor.
Nam ſenibus miſtos iuuenes puerisq́; puellas
Efferri, & patribus matres, condiq́; ſepulcro
Cernere erat. Quin & quos hæc formido fugarat
Expuleratq́; domo mortis timor, altera rurſum
Ad deſolatos reuocabat cura penates,
Rerum aliquid poſſent tamen vt ſeruare ſuarum.
Nemo oculis ſomnum nocte illa vidit. Vbiq́;
Lumina, diſcurſus, fremitus, labor, horror vbiq́;.

Nec ſpacij ſat erat, quæ vellet quiſq́, parare,
Incertiq́ animum commotum impellere ſenſus,
Arripi & id ſors obtulerat quod cuiq́, vel ante
Sepoſitum eximiumq́ & prima quis inter habebat.
Nocte ſuum luna illa etiam compleuerat orbem,
Vmbraq́ conatus ſubluſtris & acta iuuabat,
Cum rutilante ſuum miſcens face luna nitorem,
Quam ſe Phœbe tibi opponens Mars anteferebat
Horribilis fuluo ſtellæ ſplendore minacem.
Atq́ ſubobſcura me cuncta in luce videntem,
Et ſtrepitu excitum crebro & clamore pauentem,
Vecturæq́ ſonis exportantumq́ fragore
Suſpenſum, ſi non fatear trepidaſſe, periclo
Perculſum tanto, tunc & mea corda timore
Icta graui tremuiſſe, mihi & metuiſſe meuq́:
Mentiar, & ſictæ quæram virtutis honorem.
Nam meum & ingenti ſtupuit formidine pectus
Quod genito mihi molle datum eſt, & cura dolorq́
Conceſsit nobis nullam exagitando quietem.
Quid facerem? neq́ me natura finxit ad arma
Expedienda habitus, neq́ me ſtudium atq́ voluntas
Ad pugnas placidum inſtituit rixaſq́ cruentas.
Tempus erat Phœbus celi quo templa peragrans
Ante Nepæ partes deſcripti limitis octo
Nomine per libræ iuga, ſed re virginis aſtrum
Inuehi, & autumni primum concludere menſem,
Conſequitur quæ lux octobres poſtera Nonas:
Tunc ergo noſtris rebus patriaq́ relictis,
Nondum luciferi iubare apparente, recedo
Me nato comitante, domo egrediorq́ paterna,

Nondum animi quoq; certus iter quo tendere vellē.
Et iamiam pleriq; hoſtem aduentare ferebant.
Ac porta exieram firma cuſtode ſecunda,
Qua via Saxonicos directa abducit in agros,
Hic venit in mentem ad dextrā deflectere curſum,
Et petere antiqui montana ſedis amici
Tecta, vbi deſtructi immerito veſtigia Paſti
Propter habet poſitas alias iam Phœrcius ædes,
Phorcius ille ſuæ decus & iam clauſula gentis,
Gentis quæ vel priſca magis vel nobilis extat
Vix alia in totis montana Francidos oris.
Huic me olim ſtudij ingenui puerilibus annis
Conciliauit amor, totoq; hunc tempore firmus
Manſit adusq; diem luſtris bis quinq; peractis.
Qui me dum quamuis æger complectitur omni
Promti animi ſtudio, cupientem & abire moratur,
Ecce meam patriam captam quoq; nuntius affert,
Atq; ea mox tota fama hac regione vagatur,
Vlteriora loca & velox rumoribus implet
Triſtibus ante alios nobis, capta Pabeperga.
Sed Deus huc ſtragem non eſt procedere paſſus,
Et Meni ſolam conſiſtere iuſsit ad vrbem.
Et tua meq; meosq; tegens miſeratio tutos
Præſtitit, implorate Dei Chriſte vnice fili.
Aſt ærumnarum moles miſeram obruit vrbem
Menida, direptasq; domos & funera plorant
Nō quoq; nulla inopes rerum, pars maxima, ciues,
Interfectorum crudeli cæde ſuorum.
Te nunc, te infelix tetigere atrocia fata,
Tu nunc tu proſtrata iaces, & nuda requiris

Antiquum decus & priſci ſplendoris honorem,
Vitiferi & collis te Baccho petra celebris
Nunc etiam fruſtans dulcis ſua munera fructus
Nulla, aut nullius momenti euanida reddit.
Quicquid erat magno longoq́ labore virorum
Partum, ac fœminea ſeruatum induſtria & arte,
Quæ ſobolis ſpes educendæ: vna abſtulit hora,
Abſtulit externas quoq́ opes, vt forte diebus
Illis ſolennis fuerat mercatus in vrbe.
Quid querar aut dicã? ô ſacli inclemẽtia noſtri,
O mores, o præſentis veſania vitæ,
Vrbs aliquis calcat quoq́ te miſeranda iacentem,
Inſultatque tuis ſpolijs & vulnere gaudet,
Nec videt vltorem, poſt ſe caput extollentem,
Stare Deum atq́ alijs damna accumulare aliorũ.
Quæ tamen inſana hæc tempeſtas ſæua procellæ
Quis fuit & ſubitus ceu fulminis impetus iſte?
Tam lacrimabilium fuit & quæ cauſa malorum?
Quinam hoſtes, quis dux, quis miles? copia qualis?
An nullus metus, vrbs infeliciſſima, nulla
Cuſtodum vigilumq́ cohors in te fuit? an nec
Ingreſſas amnem turmas conſpexit equeſtres
Mœnia radentem quisquam? præſto affuit illic
Iampridem dubio ac infido tempore nemo?
Dum portam reſerant pedites ferroq́ refringunt.
An ſecura quies fuit, an neglectio tanta,
Contemtus ne ille hoſtis, an hæc fiducia cauſa?
Credibile eſt lapidum iactu hos potuiſſe repelli
Tentantes aditus, atq́ in prædas inhiantes.
Quis tamen inſidias ſtruxit, vimq́ attulit iſtam
Occulte,

Occulte, foſſis & cincta mœnibus vrbi,
Siq; ferat fortuna, haud defenſoris egenti?
Mens hebet & tenebris animus cæcatur obortis,
Atq; loqui conantis adhæret lingua palato.
Quid memorem? video nil, nil decernere poſſum,
Ni quod ego has iræ meritas intelligo pœnas
Eſſe Dei. quas noſtra ſuorum oblita bonorum
Et quæ dona tributa ſibi ſint immemor, ætas
Iã luere incipiat. Neq; enim hoc mala ſine quieſcẽt,
Impendentq; iſtis grauiora & deteriora,
Et magis exitioſa. Volans dum emerſa cauernis
Tiſiphone ſtygijs toto agmine cincta ſororum
Incenditq; odijs mentes, animiſq; venenum
Inſtillans vertit ſanos in pectora ſenſus,
Et rabie fera corda ciens impellit ad iras
Mortiferas. Non iam generis, non ſanguinis vllus
Reſpectus, confuſa iacent ſacra atq; profana,
Vi ius oppreſſum, vitijs eſt obruta virtus,
Turpia nilq; loci reliquum inter reſtat honeſto.
Nullus peccatis obſtat pudor. Omnia fas ſunt
Quæ modo cuiq; libent. Verum, pietaſq;, fideſq;
Interiere, vigent mendacia, perfida mentis
Atq; oris leuitas, veneratio vana, priores
Nec retinens cultus ſanctos rituſq; ſacrorum,
Seriaq; admiſtis deprauans dogmata nugis.
Quin etiam videas, tanta eſt audacia, verbum
Prolatum ore Dei æterni corrumpere quoſdam,
Proq; illo proprij commenta inducere ſenſus,
Atq; ſuis hoc conciliare affectibus ipſum.
Quis labes iam, quæſo, ſuas conſiderat, & non,

Ignoſcens ſibi, in alterius ſe crimine iactat,
Exacuitq; mala obtrectantu ſpicula linguæ?
Ergo Dei cultu ſublato hominumq; timore
Quis modus eſſe poteſt ſceleri? Qua cura reſiſtet
Flagitijs? Ratio quæ diſſuadebit iniquum?
Officium præſtare docens, vitæq; tenorem
Ad normam recti conformans, regula mores
Vt fingat nullo praui mendoſa reflexu,
Dura libidinibusq; innectens vincla proteruis,
Atq; ſuperba domans, ſpurca & petulantia frenãs,
Luxuriamq;, vias claudendo cupidinis, arcens.
Parcere ſed poterant ſibi cognati atq; propinqui,
Arma nec in proprium diſtringere mutua corpus,
Nec violare laremq; ſuum & conuellere nidos,
Ac aperire viam, veniens qua barbarus hoſtis
Intret, & inducat ſua planis agmina campis,
Qua vel Sol oriens tenebras noctemq; repellit,
Vel riget ad ſeptem tellus conuerſa triones.
Horum etenim tempus iampridem quærit vterq;
Quo diſtractum odijs inteſtinoq; furore
Quaſſatam, & proprij belli ciuilibus armis,
Viribus inq; ſuis ſeſe, Germanida, verſis
Occupet, & captam penitus ſua ſub iuga mittat.
Sic regno ſæuam creſcente tyrannida firmans.
Non ſecus ac clauſo lupus inſidiatur ouili
Circum ſepta obiens aditusq; per omnia luſtrans,
Si qua forte labet paries rimiſue fatiſcat,
Siue canum diſperſorum cuſtodia ceſſet.
Quod ſi aliquam plagam vel vis furioſa vel error
Impegit ſtolidus vobis, quin ſaucia qua pars

Eſt, illam ſanare iuuat? non dilacerando
Amplius afflictum prorſus corrumpere membrum,
Aut etiam rabie inſana miſeram ſimul ipſam
Vulnere confectam crudeli perdere vitam.
Infertis, videt hoc an nemo? manus violentas
Voſipſi vobis. veſtrum ſtrictus caput enſis
Iſte petit, tingit ceruix hanc veſtra ſecurim
Sanguine pollutam gentili. ſenſus abeſſe—
An calido manante poteſt de vulnere tabo?
Quos ego nunc de te vſurpem Germania queſtus?
O decus Imperij quondam Germania ſacri,
Quo nunc res etiam fulcitur publica ſolo.
O patria, o veterum domus illuſtriſſima regum,
Clade tua lacrimas potero quas fundere dignas,
Quæ lamenta tuos æquabunt noſtra labores?
O miſeram, vel nunc vatum prædicta priorum
Te, ſi vis audire, monent, vel ſi tibi clauſæ
Sunt aures quibus accipias præcepta ſalutis,
Non tamen ignaræ exitium monſtraſſe ferentur.
Nam te ſola Ducum leuitas, occultaq; perdet
Inuidiæ peſtis, ſimul & mens vtilis expers
Conſilij atq; boni, ſubiectorumq; recuſans
Imperij iuſſum improbitas, oblitaque iuris
Iurandi, & fidei ruptis iam libera vinclis,
Et nimia inſtabili conceſſa licentia vulgo.
Hæc cecinere tibi veteres, Germania, vates
Inuicta externo quantumuis Marte potente
Et tantum metuenda tibi. Tu ſola tuarum
Aerumnarum atque interitus tibi cauſa futura es.
Tu, quo contruncata cadas, fabricabere ferrum,

Tu, quæ ſtructa tuos euertat machina muros
Ipſa parans ſtatues, diſcrimina ſola tibi abs te
Impendent fœdi exitij turpisq; ruinæ.
Et nunc complentur numeris fatalibus anni,
Multiplice in ſeſe terno, mox deinde redacto
In quadrũ, & deinceps hinc extructo aggere cubi,
Vnde etiam trini augmento de principe trino
Planicies quoq; quadratur, reciditq; viciſſim
Ad fundum illius ſpacij, quod claudere ſemper
Aequales acies tres conſueuere duabus.
Quæ celebrauerunt doctorum ſcripta virorum
Tempora, fatiferis euentibus apta notandis.
Heu mihi, num bona te lædunt tua, iamq; gra-
Pondere felicis ſortis, non prouida caſus? (uaris
Nec te propitij donis male pluribus vti
Iampridem male grata, Dei, pudet. actaq; dira
Te rabie petis ipſa tuis immaniter armis,
Inq; malum bona conuertis? Nihil eſt nihil vſquam
Difficile inſolitumq; magis, quam ferre ſecundas
Aequo res animo, neq; delirare fruendo
In vera ratione bonis. Non iam tibi deſunt
Ingenia artificum, non altæ mœnibus vrbes,
Publica viſuntur ſimul & priuata opera, ædes
Præclare extructæ atq; ornatæ intusq; forisq;.
Nulla etiam luxus nunc inſtrumenta requiris,
Importatq; tibi veſtes exotica tellus
Materia egregias, precijsq; ingentibus emtas:
At mediæ mare piſcatum mittit. Tua ſordet
Iam tibi multiplicis dudum vindemia montis,
Externa & ſtructis apponis pocula menſis

Argenti præclara atq; auri pocula ſignis,
Rhetica & Auſoniæ Creſſæq; & Iberidos vuæ.
Faginus eſt nuſquam modo,qui ſcyphus ante ſolebat
Cum populari epulas priſcas aſtare Lyæo.
Delicijs alijsq; redundas,& tua rimans
Viſcera diuitias reperis cogisq; repertas.
Hæc tibi virtutu nimirum copia curam
Excutit amplificam lucri non laudis auara,
Et ſeſe tantum affligendi.robore forti.
Quid quod & in te ſunt ſapientia & ingenua arte
Doctrinaq; viri præſtantes?cuncta ſed vnum
Hæc ſuperat:Vera inſtauratio relligionis,
Et monſtrata quibus tua ſancta Eccleſia,Chriſte,
Deformata tuo ſe indignam nomine præbet,
Tam varijs longo polluta erroribus æuo:
Et vitia abiecto tandem repræhenſa timore,
Ille vel hic quicquid parti aſſentando loquatur
Alteri iniquus vtri, aut,ſicut fieri ſolet,æquus.
Quid refert? monitus paucorum corda ſalubres
Si tangunt peruerſa atq; iraſcentia Vero,
Et rapidi ſi verba ferunt fruſtra edita venti.
Heu mihi quæ ſpecies,quæ nunc apparet imago
Illius eximiæ præcellentisq; decore
Sponſa,Chriſte,tuæ ruga maculaq; carentis?
Quam lux iſta obſcura nitet? ceu nubibus olim
Solis vbi tegitur nigrantibus aureus orbis.
Aut quam rara micant argenti granula puri
Implicat aſperſa quæ ſcoria plurima ſorde.
At te, proh dolor o quam ferramenta,columna,
Quæ ſacri fulcis celeſtia dogmata verbi,

Sæua

Sæua petunt? auida æternum percellere Verum,
In terris quod tu ſuſtentans ſola tueris.
Sed quoniam propriæ eſt manifeſta offenſio culpæ
Et peccata grauant ætatem ingentia noſtram,
Et iuſtam accelerat ſcelerata audacia pœnam:
Sola datur nobis, a qua ſperare ſalutem
Fas ſit, propitij nullo clementia fine
Progrediens, immenſa Dei, celum, mare, terras
Perpetuo complens, collata pace, fauore:
Nobis, qui colimus te, ſancte Deus, venerantes
Qua nos relligione tuo ſermone iubemur:
Sancte, potens, æterne Deus, Deus optime & idem
Maxime, iuſte, ſed & mitis, miſeriſq; benigne,
Inuicte, omnipotens. Qui cum nato pater, & cum
Egrediente ſimul ſancti vnus numine flatus
Regnum, Magne, tenes cunctis durabile ſeclis,
Sæcla, Deus, numero quæ deinde carentia voluent,
Innumerabilibus ſæclis eadem prius aucta.
Supplice nunc igitur prece te vox noſtra fatigat,
Ante pedeſq; tuos humilis proſtrata iacet mens
Delicti veniam implorans & numen adorans
Solius, auxiliumq; & opem diſcrimine poſcens
In tanto fortunarum ſimul atq; ſalutis.
Nos alienatum peruerſi cordis habemus
Et merito infenſum ſtudijs te, ſancte, malignis.
Gloria, laus & honor tibi, probrum, infamia, crimẽ
Debetur nobis. patimur quæ, ea cuncta profecto
Iure pati, & meritos quoq; deteriora fatemur
Nos eſſe, atq; etiam nunc non ceſſare mereri.
Inq; nocens aliquis, quamuis videatur, & inſons

Cum ſit nemo tamen te iudice: Nos quid agemus?
Conſcia flagitij & ſceleris quos pectora damnant
Multiplicis varijque. vbi conſiſtemus in ira
Iuſticiæque tuæ ſenſu, mala & impia turba?
Perfugium quod quæremus? bonitasque fidesque
Perfugium nobis certum patet. hæ moderantur
Iuſticiæ, eſſe iubent & manſuetudine ſumma
Nos, Deus alme, tua, Deus ô mitiſſime, fretos,
In te noſtra igitur ſolo ſpes fixa reſiſtit,
Confiſosque tibi nunquam nos eſſe pudebit.
Tu nos eripiesque malis præſentibus, aque
Nobis, quæ impendent etiam peiora repelles.
Iamq; aures precibus noſtris, Deus alme, patebunt,
O Deus alme, tuæ, poſtquam inclinaueris illas
Ad nos orantes veniam & peccaſſe fatentes.
Tunc tua dextra teget nos tunc hoſtilia tela
Obijcies contra clipeum, tunc mœnia circum
Firma dabis, ne vis nobis inimica nocere,
Neue qua fraus neu nos iniuria lædere poſſit.
Præſidium, poſtquam ſunt infeſta omnia, ſolum,
Te ſolum turrim, quæ nos tutetur, habemus.
O nos magne potensq; Deus, nos protege, dextram
Clementem opponens proq; arma hoſtilia pulſans,
Atque illos, qui nec metuunt te nec venerantur
Inque ruunt ſcelerum graſſante furore, refuta,
Et conſeruatis nobis concede quietem
Pacificam: Nobis primæ in te ab origine vitæ
Qui ſumus & grauidæ proiecti matris ab aluo,
Noſtraque quo ſolo fiducia nititur omnis.
En tua per mundū hunc Eccleſia ſancta ſeneſcit,
Ne

Ne tu deſtituas opis hanc modo maxime egentem,
Vndique dum inſultant hoſtes timidaque minantur
Exitium, effœtoque infirmam corpore vexant,
Conſilio exiguum capto proſternere cœtum,
Et paruum vaſtare gregẽ: Quem iam, velut aiunt,
Cuſtos palantem paſtorque ſuus videatur
Deſeruiſſe Deus. Ruite irruite inſectantes,
Qui defendat adeſt nemo. Iam ſola vagatur
Auxilio iſta caterua carens, certiſſima præda
In noſtras ventura manus. pedes hinc, eques illinc
Adde gradũ. quid adhuc, noſtra eſt victoria, ceſſas?
Talis Ieſſaides nobis eſt carminis autor.
Tales ille preces turbato pectore fudit,
Tales ſubijciunt afflictis tempora nobis,
Quiq; pericla videmus adhuc quã grandia reſtent.
Namq; vtinam hac ierit fluctus tenus iſte. Vtinã ſit
Perpetiendorum nobis hæc ſumma malorum,
Nec modo venturæ ſint iſta exordia cladis.
Addere ſed reliqua his quoq; conuenit. At Deus o
A nobis ne iam abſiſtas longeq; recedas. (tu
Atq; anguſtarum tanto in diſcrimine rerum
Succurras ſeſe tibi qui committere totos
Non dubitant. cadat hoſti animus pudeatq; fugacẽ
Incepti, & quærat te profligante latebras,
Qui modo terrebat pauidorum corda ſuperbus.
Nunc adiutorem ſibi te ſpes noſtra reſeruat,
In te nunc etiam fiducia permanet hærens
De tenui quamuis pendens hæc languida filo.
Ac ſalui incolumesq; tuæ iam carmina laudis
Pangere, victricis iam facta ingentia dextræ

Decantare iuuat te glorificantibus hymnis,
Perpetuo grati celebrans vt prædicet oris
Lingua memor data quæ bona ſunt ingentia nobis
Munifico tribuente tuo, Deus alme, fauore,
Menſura numeroq; carentia, quis neq; cartæ
Quantum eſt, ſufficiat perſcribere cuncta volenti,
Nec calami toto quotquot naſcuntur in orbe.
Iudicium, Deus, eſt rectum tuum & vndiq; verũ
Solius, hoc primis nouit perdoctus ab annis
Vnicus ille tuus populus, ded iſcere nunquam
Qui ſolet atq; poteſt obliuiſcendo recondens,
Nunciat ac æuo, te ſubijciente, ſuturo
Quod decus & quæ iuſticia & ſit quanta poteſtas
Magnifici æterniq; Dei, cui nil ſimile extat,
Qui tentare animos ſæpe affligendo ſuorum
Et pœne aſſueuit morti demittere, vt inde
Ad vitam ex imis reuocet telluris abyſſis,
Mœſtaq; depulſo ſoletur corda dolore.
Copia tunc ſuperat tolerata aduerſa bonorum,
Tunc ſenſus mali abeſt, vincuntur triſtia lætis.
Carmina tunc hymniq; ſonant, citharæq; lyræq;
Tunc promiſſa canunt veracis & omnipotentis
Propitijq; Dei, cuius clementia ſaluos
Eſſe ſuos præſtans ignominiam addidit hoſti
Defendens ſe omni ſeruando tempore fretos.
Hæc in curarum luctantis pectoris æſtu,
Præteritis mœrens, deflens præſentia, & illis
Deteriora timens deinde euentura, canebam
De prima patria: Quæ ſancta Eccleſia nobis
Chriſte tua eſt, in qua ciues baptiſmatos vndæ

Nos

Nos fecere tuos, & ſanctus ſpiritus vnis
Saluifici iuris deuinxit legibus omnes:
Sollicitusq́; pauensq́; inprimis: Et ſimul eius
Deplorans, quæ me genuit maioribus ortum
Annorum retro non paucorum ordine notis, (quam
Tandem & communis patriæ Germanidos, heu
Triſtia, quam lacrimis, votis, precibusq́; piorum
Digna, infelice hoc inſtantia tempore fata.
Quod ſi regnorum compages diſſoluantur,
Direptæq́; cadant deſtructis mœnibus vrbes,
Et regio iniecto circum tota ardeat igne:
Conſeruare ſuos Deus & ſic vultq́; poteſtq́;.
Seu placet in medio tutos feruore malorum
Præſtare, vt quondam pueros flammante camino
Hebræos. Siue eductos alibiq́; locatos
Commotis prohibens demergi fluctibus, illos
Non lædi ſinit ereptos e faucibus orci,
Eq́; dolorificis cunctis euentibus: vt quem
Celitus incenſi delapſo ſulfuris imbre
Seductum legimus terra e Sodomitide Lothum.
Hæc igitur mihi, itemq́; aliȷs hæc omnibus: omnes
Quippe pericla petunt, vt nondum forte propinquēt
Damna, nec oppreſſos ſortis vis dira fatiget:
Diſtracta curis faciebam carmina mente,
Parua his abſumens viles diſpendia cartas.
Tunc Camerariades ſtudiorum Lipſidos vrbis
Ocia non operis non caſſa labore colebam,
Inter ego muſis alios quota pars operatos
Suſtentans artisq́; bonæ & virtutis honorem,
Pro tenui noſtra ſed eadem parte fideli.

Quem tu conuentum proprium tibi, Chriſte, dicatū
Fili Chriſte Dei viui vnice, quæſo tuere,
Et ſeruire tuæ fac cuncta in ſæcula laudi.

Carolus ſiue Vien= na Auſtriaca.

Anno Chriſti M. D. XXXII.

O Deplorati nunquam ſatis aſpera fati
Fortuna in noſtrum graſſās caput, ecquid in
Tandem fine tua inſiſtet vis: ecquid erit cum (vllo
Reſpicies Gentem placato Chriſtida vultu?
Te voco fortunam Magni quam patris aperta
Irreuocabilibus pandunt dictamina chartis,
Quanq́ volutatam infinito numina produnt
Conſilio. O tandem Deus, ô Deus ad tua tandem
Aſpicias bona: Quæ nunc diſſipat hoſticus enſis.
Præcipue nanq́ hæc tua ſunt, vbi tradita primum
Scripta tui doctrina recepta eſt ſanguine nati.
Cur patitur tua vaſtari clementia ſedes
Vlterius placitas hoſtilis marte cohortis:
Infeſtaq́ tibi pater infeſta & tibi fili
Sancte tibi & numeri flatus perfectio trini.
Quid primū memorē? quid poſtremum? omnia ſu-
Inualuere modum mala, nilq́ accedere poſſe (pra
Cum ſperes, tum uix cœpiſſe exorta videntur.
Nuper erat, neq́ enim longū eſt nimis, intolerandū
Occubuiſſe crucem Graiûm quam beta notatam
Quadri-

Quadrifidoq́ giluis diſtinguit margine punctis,
Pontica quam tulerat Byzantij inſigne Trapezus.
Sed non dira Aſia modo in vrbes Turcica pubes
Inuaſit, domuitq́ opulenti maxima mundi
Regna, vbi prorepſit petulans Bithynide pruſſa,
Sed Cilices etiam & Tauri iuga vaſta colentes
Cepit, & Armenias leuis eſt inuecta ſub oras,
Cappadocumq́ inſedit agros Pamphyliaq́ arua,
Et iuga Paphlagonū, & Piſidum campeſtria rura.
Et Crœſi antiquum imperium, qua Lydia præter
Iugera ſcrupoſa fluit Hermus fertilis vnda,
Et Phrygiæ campos vbi priſca mœnia Troiæ
Tyndaridum preſſit bello manus inclita regum,
Ioniæ & veteris, terræ & loca opima Cairæ,
Aeolidosq́ ſinus. Et quas Aegeia cingunt
Aequora tellures. Cyprum hæc inuaſit ab ira
Numinis orta lues. Euboeaq́ arua beata,
Et claram euertit Rhodon, & Lesbo dominata eſt.
Tunc, neq́ enim cupidæ mentis veſana quieuit
Vllo fine libido, & in Europam intulit arma
Per breuia ingrediēs freta Boſpori & Helleſpontū.
Sed tamen unde & quam miſera hæc ab origine
Repſerit, & tanto proceſſu inuaſerit orbis (peſtis
In loca totius cultu optima, vertere noſtram
Ante querelam æquum duxi. Neq́ non tamen auget
Sortem hoc indignam, ſeruilia corpora tantum
Imperium obtinuiſſe. Et nunc late omnia duro
Seruitio premere, adductisq́ inflectere frenis
Emerſa e Scythicis lacubus, Muliebribus antè
Accerſita ad concubitum parentia iuſſis.

Fœminea ad talos tunica leuibusq́; veredis
Et tenui volucris ferro contemta ſagittæ,
Tum contemta vbi virtutis decorisq́; manebant
Relliquiæ quamuis modicæ. Nunc turpia pulſis
Quippe tenent illis, regnum. Diſcordia tantum
Corda ciêre malum & potuere inducere peſtem.
Sed tamen hunc quondam à nobis obiecta furorē
Arcuit, atq; Aſiæ loca iuſſit obire Propontis,
Cum Catecuzana infelicis factio belli
In ſeſe rabidos iratam obuertere rictus,
Sanguineosq́; feram fecit diſtringere dentes.
Atq; ita telluris capta hac dulcedine Graiæ
Paulatim inſedit pergens, dum protinus omnem
Sub iuga barbarici traxit turba impia regni,
Quo ſub nunc antiqua gemit Tritonidos ora,
Vnde humana putant iura & commercia nata,
Inuentrix vitæ opportunæ cultibus artis.
Thebanumq́; ſolum, & ſacratæ Phocidos arua
Et campi Aoniæ lugent. Silet Arcadicæ vox
Fiſtulæ, & in ſiluis Echo ſe muta requirit.
Hoc agros monſtrum & vaſtauit Achaidas vrbes,
Armaq; Doriacis fregit celebrata tropheis,
Inſula vbi Pelopis cognomine cingitur vndis
Aequoreis, bimariq́; patens excurrit ab Iſthmo,
Quondam inuicta viris tellus, dum ſancta Lycurgi
Spartanos morum & legum dictata regebant.
Nobilem & Epirum palma olim cœpit equarum.
Hic & in Aetolos obuertit caſtra ſuperbos,
Victriciq́; manu domuit progreſſus equeſtrem
Aemoniam & priſcorum laude celebria quondam
Theſſala

Theſſalà Peneo viridantia flumine Tempe,
Huic victi Thraces etiam Mauortia proles
Et Macedûm paret natio, dumq́ omnia nuper
Chriſtide diſsidijs & bello in gente laborant:
Conſtantine tuam poſuit ſibi Barbarus vrbem
Ille ſui ſedem regni, vicinaq́ late
Percurrit loca, Bulgariamq́ Auaresq́ Dacasq́
Illyricosq́ ſinus. Huius vim Dalmata ſenſit,
Cladibus attriti crebris ſenſere Liburni,
Quin & Noricia prædas ferus egit ab ora.
Interea loca ſunt Aſiæ huic integra relicta
Nulla, & in ante ſuos dominos ſeſe intulit, eq́
Soltanum imperium vertit, veteremq́ ſubegit
Cum Sidone Tyrum, & Syriæ claram Antiocheam,
Inq́ Palæſtinos Arabasq́ potentia torſit
Tela & Niloos oppreſsit Marte colonos.
Quid memorem te, parua quidem & cincta vndiq́
Hoſtibus o mater tantorum magna virorum (ſæuis
Gente Cananitis Iudæa ſorte ſubacta:
O dilecta Deo præ terris omnibus vna,
Cui debere illi natalia tempora viſum
Vnigenæ nati, quo ſunt autore ſalutis
Parta bona humani generis. Qui viuit & abſq́
Cum patre & ſancto regnat ſpiramine, ſine.
Sed nos ad propius nobis vulnus veniamus
Quod tractare manus tremit, & mens horret, ita
Atq́ ita ſe viſu fœdum ſpectantibus offert (ingens
Quod crudelis abit rabies violenta tyranni
Pannoniæ inſligens miſeræ nunc, o miſera nunc,
Sic miſeræ vt quondam felix fuit. Illa & ad ipſam
Oſtria-

Oſtriacam vſq; lues peruenit dira Viennam.
Quis cladem illius fando quis funera belli
Enumeret? flamma & ferro quacunq; mearet
Fecit iter, genitrix confoſſos cernere natos
Vimq; coacta pati viq; ipſa occumbere lætum.
Præciſa alterius ſalijt de pectore mamma.
Alterius patuit perfoſſo abdomine venter.
Quæ ſed in innocuo vis aut iniuria ſexu
Non tentata fuit? ſaltem has luet impia gentis
Colluuies. Deus hæc Deus ipſe hæc puniet auſa,
Tunc capita & totos, viſu miſerabile, truncos
Sepibus affixi aut haſtis ſudêre cruorem,
Nil prætermiſſum eſt ſceleris. Tremefacta Vienna
Impete fulminei ſubiecto pulueris, inter
Spemq; metumq; ſuam vix eſt tutata ſalutem.
Dextera quod toti niſi formidabilis orbis
Protegeret Caroli ciues ope Cæſaris orbos,
Quis ſcit an ille etiam huc graſſatus Mars Alemanos
Non vicina magis ſortitos flabra Aquilonis
Pergeret & Francos ſibi ſubq; iugare Suauos,
Sed tua ſuccurrit Carole ô tua dextra labori
Celeſtis dextra auxilij ſuffulta fauore.
Si tamen eſt, quamuis ſero, fas vera fateri,
Non dedit ille mala hæc nobis & damna tyrannus,
Sed nunc, vt quondam te gens Hebræa parentem
Deſeruit Deus, & meritorum oblita tuorum
A te diſcedens ſceleri ſeruiuit, Ita omne
In facinus reges & ſubdita turba ruentes
Neglexere viam virtutis, & vndiq; ſeſe
Flagitijs etiam pulcrum implicuiſſe putarunt,

Hæc

Hac inflixerunt nobis cruciabile vulnus,
Noſtra quod vlterius ſerpens ignauia fouit.
Permutata imis ſunt ſumma, neq; vlla magis iam
Rebus in humanis manet inſubuerſa priore
Conditio, non ordo loco. Quid fraude malaq;
Relligio, quod nunc eſt victa ſuperſtitione:
Vnde eſt improbitas vitam deducta per omnem
Et ſqualet mundus vitio obrutus, edere cuius
Nomina cunq; mali libeat iam nulla requiras.
Quæ memorare piget. Sed quid ſi forte fauor nos
Reſpiciat poſita felicis numinis ira,
Quamuis multa vetent ſperare, & forte tamen ſi
Vnanimem ducibus tribuat coniungere ſenſum
Et ſcelus & contra vltricem facta impia mentem,
Atq; animum ante ſuis ponat qui publica rebus,
Qui ius & rectum colat & procuret honeſtum,
Vim tollat ſceleriſq; nefaria puniat auſa,
Quis magis optatus votis obtingere poſſet
Dux Carolo: vt quondam Gedeon, Sampſon, Ioſuhas
Gentis & Iſaides Iudeæ gloria regum
Quiq; alij, neq; enim cunctorum nomina paruo
Expoſuiſſe queam libro, dextraq; animoq;
Ingenti ac forti hoſtiles fregere cohortes,
Quæ petiere tuum populum Deus, vt petit illa
Nos populum tuũ, habetq; patentes belua fauces
Deglutire parans inſignem nomine Chriſti.
O vtinam illa dies tantorum cauſſa bonorum
Orta ſua in roſeis oſtendat lumina bigis,
Mortali voto turba exoptata frequente.
Tunc ego, quicquid ego poßim, neq; enim Deus eſſe

Pauperis

Pauperis ingratum patitur ſibi munus honoris,
Ad citharam læta reſonabo voce Latinam
Grates maxime agẽs tibi Rex Deus optime regum,
Effundam & prompto celebrans inuicte triumphos
Cæſar mente tuos, interq́; ingentia facta
Non inopes defecta requirent verba Camœnæ.
O mihi ſint rebus ſuper his vitalia lucis
Tempora lætificæ, ferat hanc miſeris cito terris
Numen opem vertatq́; oculos ad noſtra benignos
Vulnera, & admota ſanet putentia dextra.
Hoc oro, mecum hoc omnes orate bonarum
Ex animo rerum, & ſanctæ virtutis amantes.

Carolus ſiue Tunete.

Anno Chriſti M. D. XXXIIII.

QVid qui indeſeſſis decurris in æthere bigis
Deſuper & terræ luſtras loca Phœbe patentis
Vnde oreris, medijq́ nites vbi culmine celi:
Oceaniq́ ſubis vaſti lacum, & inde reuertens,
Cymbio in exortus veheris radiante priores,
Quid melius cernis Carolo, aut quid Cæſare maius?
Aſpice, nam nil te fugit, aſpice Phœbe. Quid ergo
Tale vides? a quo metuit perterritus orbis,
Imperiumq́ tremunt ſcelerati, quiq́ fuere
Exitium peſtisq́ bonis, nunc forte ſuarum
Mutata ſatagunt rerum, quæruntq́ latere
Vi captæ loco in anguſto regionis iniqua.
Quam tulit ille diu, quam non eſt vltus, & omnes
Suſtinuit quaſi ſopitus patientibus auſus
Hoſtiles animis, quos tandem excitus apertis
Aſpiciens oculis ſeſe ipſe recolligit, inq́
Maiorum reuocat mentem præclara ſuorum
Et totum quæ facta vehuntur laude per orbem.
Materiamq́ dare aggreditur, ſi quem tamen iſta
Secula ferre queant, aut ſi ventura poetam,
Qui digna æternæ faciat præconia famæ,
O Carole o magni ſoboles generoſa Philippi,
Tertius a diuo qui ducere Maximiano,
Tu ne ille es Carolus Carolo de principe V.
Romani Imperij, de quo tot carmina vatum

Arma

Arma per edicunt totum victricia mundum.
Cuius & ante ſuum memorantur nomina partum.
Formaq́ deſcripta eſt, & caſta nobile mentis
Ingenium, vt iam quisq́ tuos quod viderit annos
Et genitum ſeclo ſeſe lætetur in iſto.
Ergo tibi non ſola ſubeſt Europa, Nec illa
Terrarum plaga qua decliuis ab æthere Phœbus
Soluit equis ſpatio fumantia lora peracto,
Sed tua ſe longe infinita potentia tendit
Vlterius, trans Herculeis incluſa columnis
Inq́ Atlantiacum freta proſpicientia pontum,
Vnde obeunt vaſtum ferratæ Nerea claſſes,
Exquiruntq́ nouas hominum ſuper æquora ſedes,
Atq alium inueniunt diſcluſum fluctibus orbem,
Indiam ab occiduo venientes littore. Nec gens
Nec locus incurſus illarum pertulit vllus,
Ipſæ diuitias auri argentiq́ reportant,
Et pretioſarum gemmarum lucida dona,
Bellorum neruos, pacis decus, atq tuis hæc
Expediunt Carole auſpicijs, ſed tu magis alta
Diuino ſpectas animo, pudet illa tyrannis
Priſcorum ſeruire patrum florentia regna,
Sub Scythicoq́ premi ſanctam pede religionem.
Hæc Caroli pia corda tenet digniſſima cura,
Nec quicquam ſibi maiori quod poſſit honori
Eſſe videt, quicquam eſſe Deo nec gratius ipſi,
Barbara quam ſtricto ſi ferro fregerit arma,
Proq́ ſalute hominũ ſtricto & pro nomine Chriſti.
Vindicis ipſe igitur dux agminis Africa victor
Littora cum lecto peruadit milite iuſto

Marte

Marte ferox pulſi fraterno crimine regis
Defenſor, Tunetiſq; caput nunc obſidet vrbem
Maurorum imperij. Quo cum ſe inferre pararet
Expectans Siculo venientes æquore naues,
Tunc inſigne crucis poſteaquam Chriſtidos vna
Extulit ille manu ſacræ venerabile ſignum
Militiæ, poſitis genibus ſic eſſe locutus
Armorum ſeſe fertur cingente corona.
O ſocij, neq; enim parua aut contemta manus eſt
Copia in his veſtræ Carolo duce & auſpice caſtris,
Hæc nos ſuſcepti præcedent ſigna duelli,
Hæc ego capta mea dextra, ſi quæritis, ipſe,
Complectar voſq; ante geram comprehenſa fideli.
Quare ſi qua ducis reuerentia, ſi qua potentis
Numinis, & ſi qua eſt communis cura ſalutis,
Pro ſe quiſq; viri tota huc incumbite mente,
Per vos vt ſummi cœlorum gloria regis,
Perq; vt vos veſtræ grandeſcat gloria gentis.
Siue Itala de ſtirpe ſati ſeu Batidos oræ
Cultores noſtri regni, ſeu bellica miſit
Ad graue diſcrimen ſancti Germania Martis.
Cernitis hoc toto nil vſquam ex agmine deſit,
Sunt naues quibus inductis calabitur æquor.
Quas neq; Perſarum quondam ſeruilia regis
Agmina, nō etiā mare prouectæ hoc quoq; in ipſum
Atthides, aut opere aut ſuperent felicibus armis.
Nec tamen vnquam aliæ memorantur claſſibus iſtis
Inſtructæ melius ſalſas fluxiſſe per vndas.
Solis eſt animis opus & formidine caſſo
Pectore, in imbellem tales proficiſcimur hoſtem.

Sed pelagi inſuetos audita pericula terrent,
At ſcitote Deum dominum terraq́ marisq́,
Verſantem æthereo ſceptra immortalia templo,
Deſuper in ſibi deuotas nil triſte cohortes
Paſſurum inferri. dextraq́ ſuperne potente
Propulſaturum mala tellurisq́ ſaliq́.
Illo vos modo præſenti me pectore freti
Quiſq́ ducem cupide ſequitor. Sic fatus in altum
Produciq́ rates iubet, & ſimul excipit ipſum
Doriaca inſignis cura edita fabrica puppis.
Vela aquilonaris ſinuant flabra annua venti,
Ordine procedunt ſulcantes vda Carinæ
Marmora, Sicelidos fit aqua res mira puellis
Inſulæ, & in pelago conuulſæ innare videntur,
Et trepidæ emergunt redimitum fluctibus vlua
Ore tenus caput, & ſe rurſus in ima recondunt,
Armorum inſolitis radijs ceu fulguris ictæ,
Perculſæq́ ſono horribili quos ærea mittit,
Flammiuomo ore globos elidens machina ferri,
Has ſenior ponti in Nerëia tecta reuerſas
Demulcet blando appellans ſermone futura
Prædicente ſuo, memoratq́ oracula Proteus.
Hæc eſt illa dies, hæc lux eſt feſta, ſorores,
Quam votis longo iam tempore ſæpe petiui,
Quæ pacis fert in cunctas exordia terras.
Ergo quies & læta vigebunt otia rebus
Humanis. Non vlla magis piratica toto
Inſidioſa bonis graſſabitur æquore puppis.
Nunc tibi finis adeſt Getici vis impia regni,
Quam nimis eſt perpeſſa diu clementia magnî

Numi-

Numinis in terras ſæuam noſtraſq́ furentem
Aequoris in ſedes. Caroli debere triumphis
Materna Caroli ſequana de ſtirpe, diu iam
Debita francigenæ dextræ. Sed dum ſibi fatis
Conciliat genus eximij ſtirps illa Rudolphi,
Interea orbis clade ferox, & inulta fuiſti.
Nunc fortuna retro cedit tua. Cede potenti
Cede Deo. Et Caroli inuictas vitare cohortes
Deditione velis, & palmas tendere inermes,
Ante pedes abiecta ſolo victoris, & vnam
Supplex de illius ſumma ſperare ſalutem
Qua ſeruare ſolet quoq; manſuetudine captos.
Aut refuge in montes, Scythicaſq́ require latebras.
Per Tanaim cum mox glacie pons iunctus eunti
Iam præbebit iter, vel fluctus curre per arctos
Quam quondam Inachiam fama eſt tranaſſe puel-
Nec rabies te peruertat confligere bello (lam.
Vtq́ velis acie decernere. Nil tibi reſtat
Succeſſus fortiue bonæ. Tulit omnia carus
Ipſe Deo Carolus, cuius ſi numen adoras
Siq́ humilis veniam petis, eſt fortaſſe ſalutis
Spes non abijcienda tibi, ſpem ponito regni.
Iſta ſenex illæ attonitæ ſermonibus aures
Præbebant etiam facto iam fine loquendi.
Tandem animis hilares, vix ſpemq́ ſuam capientes
Vota canunt Carolo, reſonant lilibëia late
Littora & illuſtri ſcintillans Aetna fauilla.
I Care, I mundi felix melioris origo,
Ad decus I Carole æternum. Nunc terminus inſtat
Triſtitiæq́ malis. Hic & tecum incipit vna

Proſperitas & pax procedere, gaudia tecum,
Tecum ſancta quies & feßis otia terris.
Ecce nitet ſolito lux clarius,& ſilet æther
Aptaq́ ſola tuis inſurgunt flamina velis
Cerulei fluctus rident. Te te omnia rebus
Humanis Carole expectant ſpem, teq́ ſalutem.
Nunc fugit exitium, peſtis fugit ante malorum
Morborumq́ lues, inopisq́ carentia victus.
Nunc etiam ceſſant odiorum dira venena
Vnanimiq́ omnes coniungunt fœdera corde.
Pergite felices Carolo duce,pergite turmæ.
Vos manet ah fruſtra multis fortuna cupita
Militiæ,& ſancti ſummo ſub numine Martis,
Imperio Carolo infinita prouincia cuius
Eſt data totius mundi.Te mœnia nulla
Nulla acies Carole excludet. Pelagusq́ ſolumq́
Ille Deus Deus ille tibi qui exciuit,aperta
Reddet.Quin etiam ſi res ferat,aëra & ipſos
Cœlorum pandet tractus,ne quid tibi toto
Poßit inacceſſum fieri aut obſiſtere mundo.
Hoc celebrant vitreum cantu Nereides æquor
Illud diuina Carolo duce claſſe ſuperbum
Exultat ſternitq́ vias, portusq́ recludit,
Africa terra tuos.Veteris Carthaginis arces
Prætereunt,Tunetisq́ petunt hoſtilibus vrbem
Mentibus atq́ armis.Getici tremit impia turba
Præſidij,atq́ animo viſis modo frangitur illis,
Et pugnare iubet pudor & formido retentat.
Numen adeſt iacite arma procul.Pudor omnis abe-
Conceßiſſe Deo,gaudet cui cedere rerum (ſto
Natura,

Natura,illi etiam dubijs nunc mentibus aſtant
Materiamq́; volunt Caroli præbere triumphis.
Iamq́; freti ingentes neq; propugnacula turres
Non muros obſtare ſinit ſibi,non ſibi foſſas
Læue quibus terris immiſit barbarus æquor.
Inuehitur portu Caroli iam claßis aperto,
Cæſa iacent paßim ſummerſaq; corpora ponto
Crebraq́; depreſſæ paßim extant fragmina puppis.
Iam ductor pelago cedit paruaq́; manu ſe
Per Numidûm toſtas fugiens ſubducit arenas,
Cognomenta cui ſunt Ruſſæ congrua barbæ.
Exultat captiua hominum gaudetq́; caterua,
Libertate ſua, Carolus nam liberat omnes
Conſeruans profugo placato milite regi
Incompilatam quam Marte receperat vrbem.
Macte animo & virtute,Dei dux inclite.Nunc te
Gloria perpetuæ famæ redimire corona
Gloria celeſti properat fulgore renidens.
Te canimus, te dehinc rebus feliciter actis
In terra penitus ſtabilita pace canemus
Nec pariant tibi inornati faſtidia verſus.
Grataq́; ſit cupida concepta in mente voluntas.
Indigno celebrandi ingentia carmine facta.
Hoc pater ipſe Deus rerum ſuprema poteſtas
Et fieri patitur nec forti offenditur auſu,
Præbet & incultis diuinas cantibus aures.

OCCASIONES QVAEDAM INDICATAE, ET DEMONSTRATA NONNVLLA VNde Latina ſupra expoſita pleraq; poëmatia concinnata ſunt.

Ecloge prima fundatur Sententia Homerica:
οὐκ ἐστὶ χάρις μετόπισθ' εὐεργέων. ὀδυσ. δ'.
Itemq́; Sophoclea in Oedipo Coloneo:
θνήσκει δὲ πίστις, βλαστάνει δ' ἀπιστία.

Ad Eclogam ſecundam. Quod Lupus κατὰ μετωνυμίαν *vſurpetur de eo, qui vehementer lædere & grauiter nocere poßit atq; ſoleat, Prouerbio quoq; oſtenditur, quod ait: Eſſe homini, hominem Lupum. Itaq; nunc Lupi nomine notatur violentia & crudelitas & ſcelerata ſæuitia in imbecilliores, pernicioſa rebus communibus & immanis aduerſus eos, quibus illa plus poteſt, & ſaturans acerbitatem ſuam aliorum afflictione. Sicut Vulpes* μετωνυμικῶς *de malitioſe & fraudulente & per inſidias nocente atq; malo. Non eſt autem reprahenſio & execratio impietatis & nefariæ improbitatis culpanda, neq; res ab ipſius religionis ſanctitate prorſus aliena. Cum quidem illa infelicitate implicati ac capti, vt explicentur atque liberentur, optandum precandumq́; ſit. Quod autem varia mentio Deorum fit: Ne ipſum quidem in tali genere ſcriptorum perperam fieri, exiſtimandum. Conſtat autem ab anti-*

antiquitate Dei appellatione,& Deorum nominib. aliquam rerum hominumue excellentem bonitatẽ, laudem,vtilitatem ſignificatam eſſe. Vt in Pindarico carmine ὀλυμ.π. ε. μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι. *Et Apollinis atq; Muſarum nominibus opt.artium & humanitatis ſtudia indicantur : Minerua egregia opera ſapientiæ prudentiæq; & ſolertiæ & fortitudinis. Et alterum Herculem vocarunt, vel eximium amicum, vel hominem cæterorum laudes ſuperantem. Et ſeruus vnus apud Plautum vocat herum ſuum,Iouem,& alter heram Iunonem.Et Plinij eſt:Deum eſſe:Mortali iuuare mortalem. Vt Dij ruris & Dij cœlicolæ, hoc & ſimilibus in locis,ſummam atq; maximam , & mediocrem ac communẽ potentiæ principatusq; in terra conditionem indicare ſtatuendum ſit.*

Carminum quoq; incantatio,quo pertineat,vera conſideratione facile decerni poterit,& ab æquo lectore debebit.

Excerpta quidem ex Theocrito neq; hic neque alibi placuit commemorare.Quod omnib.bonarum litterarum & artium ſtudioſis haud ignota illa eſſe oporteret , & vniuscuiusq; veluti Marte illa animaduerti eſſet fructuoſius.

In hoc poëmatio pagina 5.In verſu a fine quarto legi debet: armatus viſ.

Eclogæ tertiæ titulo occaſionem dedit titulus poëmatis Euphorionis ἀραὶ ἢ ποτηριοκλέπτης. *Cuius meminit Stephani epitome in nomine* ἀλύβη,

& verſum inde retulit hunc:

ὅστις μὲν κελέβην ἀκυβηΐδα μοῦνος ἀπηύρα.

Eſt autem celebre poculi genus, quam Alybeida Euphorion vocando, fuiſſe indicauit argenteam. Nam Homerus ibi fuiſſe ait ἀργύρου γενέθλην. ἰλ. β. Neq; quicquam habui, quod præterea ἢ περὶ τῶν ἀλληγορουμένων ἢ ἑτέρων hoc loco admonerem.

Ecloga. IV. Numerus peruerſe eſt expreſſus. De huius autem ſcribendæ occaſione nihil nunc eſt dicendum. Sed generales ſententiæ facile poßũt animaduerti. I. præſtantiam virtutis inuidioſam eſſe, & æmulos habere multos, facileq; inimicos inuenire. Secundum hoc Pindaricum ὀλυμπ. ς.

τιμῶντες δ' ἀρετὰν ἐς φανερὰν ὁδὸν ἔρχονται.
τεκμαίρει χρῆμα ἕκαστον. μῶμος δ' ἐξ ἄλλων
κρέμαται φθονεόντων.

Quorum ſententia talis quædam eſt: Qui virtutem colant, eos verſari in vitæ illuſtris itinere. Singulosq; nobilitari ſuis operibus, Inuidere autem auctis honore alios, quibus hi non contigerint.

Sed in talibus congerendis modo oportere occupari ſtudium meum non puto. II. Rebus ſecundis & proſpera fortuna neminem debere nimis confidere, neq; animo efferri. Nam:

ἐν μοίρᾳ μιᾷ χρόνου ἄλλοτε ἀλλοῖαι διαιθύσσουσι αὖραι.

ſecundum eundem Pindarum. Et: Ardua per præceps gloria vadit iter. III. Semper decere νήφειν καὶ ἀπιστεῖν.

ἀπιστεῖν. *Nam* σώφρονος ἀπιστίας οὐκ ἔστιν οὐδ᾽ ἓν χρησιμώτερον βροτοῖς. *IIII. Non eſſe abijciendam ſpem bonam in miſeria, & ferendum id æquo animo, quod euenerit:* θαρσεῖν χρή, *inquit paſtor Theocriteus. Et Amphitruo Euripidis:*

οὗτος δ᾽ ἀνὴρ ἄριστος, ὅστις ἐλπίσι
πέποιθεν ἀεί. τὸ δ᾽ ἀπορεῖν ἀνδρὸς κακοῦ.

Eum eſſe virum fortem & egregium ait, qui bonam ſpem foueat ſemper animo ſuo, & ea fretus ſit. Omni autem ſpe deſtitui ſolere futiles atque ignauos. Hanc & in cruce ſuſtinendam Mecenatis fuiſſe ſententiam: Seneca alicubi reprahendendo oſtendit. V. Amicitiæ eſſe officium, ſaltem dolorem impertire amico afflicto, ſi aliud præſtari nequeat. VI. Quod conſolatio rebus aduerſis præcipua ſit: Nil conſcire ſibi, & innocentiæ cogitatio. VII. προγνωστικῶν *confirmatio ex Arato. Sic enim ille:*

καλὸν δ᾽ ἐπὶ σήματι σῆμα
σκέπτεσθαι. μᾶλλον δὲ δυοῖν εἰς ταὐτὸ ἰόντοιν
ἐλπωρὴ τελέθει, τριτάτῳ δέ κε θαρσήσειας.

Signo decet addere ſignum
Obſeruando. Magisq; duobus fidere poſſis.
Accidentia ſed faciunt ſpem tertia firmam.

In hac Ecloga pagina 15. ſcribatur verſus a fine 8. hoc modo: Incidit, inq; loco veſt.

Ecloga V. Occaſio ipſa expoſitione demonſtratur. In qua pagina 22. u. 1. ſcribatur: Vos quoq; ſic, Et u. a f. 4. Mœrin.

Ecloge VI. inſerti verſus Elegiaci generis exemplum habent Theocriti Ευκολιασάς. *Excerptæ autem res atq; ſententiæ generales ſunt. Quorum præcipua eſt: Neceßitatis euentuum fatalium. Quæ etſi eſt grauis & valde moleſta, æquitate tamen animi, & ferendo molliter, fit quodammodo leuior. Durum enim, ſecundum Horatium, leuius fit patientia: Quicquid corrigere eſt nefas. Et feruntur verſus nomine Baſilij, neſcio cuius:*

ὡς ἐθέλει τὸ φέρον σὲ φέρειν, φέρου, ἢν δ' ἀπιθή-
καὶ σαυτὸν βλάψεις, καὶ τὸ φέρον σὲ φέρει. (σεις,

Alias ſimiles ſententias, &:

ὅτι τὴν πεπρωμένην χρὴ
αἶσαν φέρειν ὡς ῥᾷστα γινώσκονθ' ὅτι
τὸ τῆς ἀνάγκης ἔστ' ἀδήριτον σθένος,

Secundum Aeſchylum, colligere quamplurimas poterit, qui volet. Paßim enim in ſcriptis veterum occurrunt.

Ecloga VII. Cuiusmodi imitatione effićta ſit, nemine etiam indicante, facile apparet. Excerpta autem quædam ex epigrammatis Græcis a me indicabuntur. Ex Theocrito enim tranſlata, animaduertenda vnicuiq; ipſi relinqui, ſupra dictum eſt,

Epigrammatum Græcorum libro III.

τῷ γρυπεῖ Πελάγωνι πατὴρ ἀνέθηκε Μενίσκος
κύρτον καὶ κώπαν μνᾶμα κακοζοΐης.

Libro VII.

οὐ δύναμαί σ' ἐθέλων θέσθαι φίλον. οὔτε γὰρ αἰτεῖς,

οὔτ'

οὔτ' αἰτεῦντι δίδως, οὔθ' ἃ δίδωμι δέχῃ.

Ibidem.

καλὸς ὁ παῖς ἀχελῶε. λίην καλός. εἰ δέ τις οὔ-
φησιν, ἐπισταίμην μοῦνος ἐγὼ τὰ καλά. (χί

Ibidem.

ἢν ἐσίδω θήρωνα, τὰ πάνθ' ὁρῶ. ἢν δὲ τὰ πάντα
βλέψω, τὸν δέ γε μὴ, τοὔμπαλιν οὐδὲν ὁρῶ.

Ibidem.

φεύγειν δὴ τὸν ἔρωτα κενὸς πόνος. οὐ γὰρ ἀλύξω,
πεζὸς ὑπὸ πτηνοῦ πυκνὰ διωκόμενος.

Ibidem.

ἡδὺ θέρευς διψῶντι χιὼν ποτὸν, &c.

Eſt inſerta etiam refutatiũcula prouerbij, quod & Cicero nonnihil prodeſſe ad ægritudinem leniendam putat in Tuſculana tertia: Non tibi hoc ſoli. Qua conſolatione vtitur anus in Euripidis Helena: πολλοὶ κακῶς πράσσουσιν οὐ σὺ δὴ μόνος.

Et Chorus in Sophoclis Electra: οὔτοι σοὶ μούνα, τέκνον, ἄχος ἐφάνη βροτῶν.

Et a Stobæo refertur ex Euripide:

γίνωσκε τἀνθρώπεια, μὴ δ' ὑπερμέτρως
ἄλγει, κακοῖς γὰρ οὐ σὺ πρόσκεισαι μόνη.

Cui opponitur vera humani animi cogitatio: Augeri potius dolores infelicitate multiplice communis generis, quam diminui in bonis. Gaudere enim alterius malo improbitatis atque leuitatis eſt.

Ecloga VIII. Eſt ἐξεργασία *quædam Virgilianæ ſententiæ, quam de cultu ille vinearum poſuit in ſecundo libro Georgicorum:*

redit agricolis labor actus ir orbem,
Atq; in ſe ſua per veſtigia voluitur annus.

In hac vt minus dubium ſyllaba tempus ſit, ſcribatur Rutillia.

Ecloga IX. collegit ſententias bonas pertinentes ad ſedandas cupiditates prauas, quarum ſunt acerrimæ & pernicioſiſſimæ Venereæ: Et conuertendum animos ad temperantiam atq; continentiam. Licetq; aſſumat aliquis ad hæc choricum carmen in Medea:

ἔρωτες ὑπὲρ μὲν ἄγαν
ἐλθόντες, οὐκ εὐδοξίαν οὐδ' ἀρετὰν παρέδωκαν,
&c. *Et ex Medea:*

ἔρως, ἔρως,
ὁ κατ' ὀμμάτων στάζεις πόθον, εἰσάγων
γλυκεῖαν ψυχᾷ χαρὰν, οὓς ἐπιστρατεύ
σῃ, μή μοι ποτὲ σὺν κακῷ φανείης, *&c.*

Ad Eclogam X. de Panis amore: Materiam ſuppeditarunt verſus Bucolici poëtæ antiqui Moſchi, qui conſeruati ſunt ſtudio Stobæi cuiuſpiam, qui in diuerſos locos collecta ex libris veterum ſententias digeſſit. Ille igitur capite LXI. hos verſus retulit:
ἤρα πὰν ἀχῶς τᾶς γείτονος. ἤρατο δ' ἀχὼ
σκιρτατᾶ σατύρω. σάτυρος δ' ἐπεμήνατο λήδα.

ὡς

ὡς ἀχὼ τὸν πᾶνα, τόσον σάτυρος φλέγεν ἀχώ,
καὶ λύδα σατυρίσκον. ἔρως δ' ἐσμύχετ' ἀμοιβᾷ.
ὅσσον γὰρ τήνων τὶς ἐμίσεε τὸν φιλέοντα, (να.
τόσσον ὅμως φιλέων ἐχθαίρετο, πάσχε δ' ἄποι-
ταῦτα λέγω πᾶσιν τὰ διδάγματα τοῖς αἰε-
(ράςοις:
ςέργετε τὼς φιλέοντας, ἵν' ἢν φιλέητε, φιλῆσθε.

De cæteris nihil eſt mihi præterea indicatum. Poterunt autem cogitare ea legentes.

Ecloga XI. argumentum eſt, fabula nota amorum Paridis (qui idem Alexander) a parentib. iuſſi interfici, propter matris ſomnium, enutritiq́; ab vrſa, & Oenones, quam agnitus receptusq́; a parentibus, rapta Helena, ille deſeruit. Facile autem intelligitur notari vulgare faſtidium atq; adeo odium conditionis & ſortis humilis, & cupiditatem vehementem affectantium honorum & potentiæ excellentiam. Tranſlata autem ex Herodoti Polymnia, ſententia eſt, ita commemorata ibi verbis Artabani patrui Xerxis Regis Perſarum:

ὁρᾷς ὡς τὰ ὑπερέχοντα ζῶα κεραυνοῖ ὁ θεὸς, οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι, τὰ δὲ σμικρὰ οὐδέμιν κνίζει. ὁρᾷς δὲ ὡς ἐς οἰκήματα ἀεὶ τὰ μέγιστα καὶ δένδρεα, τὰ τοιαῦτα ἀποσκήπτει βέλεα. φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν.

Ecloga XII. Retractat locum de fatalibus euentus æquo animo, in communi hominum conditione, ferendis, quæ complectitur τὸ χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι, *ſecundum Euripideum ſenem, in Iphigenia ad Aulidem.*

In Ecloga XIII. Orphei, qui perhibetur fuiſſe filius Oeagri & Calliopes, interfecti a Threſſis mulieribus, fabula notiſſima tractatur, & prouerbij cauſſa, Notæ Thraciæ, ſeu Threiciæ indicatur. Quo Cicero vtitur libro ſecundo officiorum: Quid Alexandrum Pheræum, quo animo vixiſſe arbitramur? qui, vt ſcriptum legimus, cum vxorem Theben admodum diligeret, tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum, & eum quidem, vt ſcriptum eſt, compunctum notis Threicijs, diſtricto gladio iubebat anteire. In eandem Eclogam tralati ſunt verſus Bionis Smyrnæi veteris poëtæ bucolici. (De quo ἐπικήδειον *carmen inter Theocritea extat) relati a Stobæo capite 62. Quos & ipſos aſcribendos putauimus.*

Ἰξευτάς τις κῶρος ἐν ἄλσεϊ δενδράεντι
ὄρνεα θηρεύων τὸν ἀπότροπον εἶδεν ἔρωτα
ἑσδόμενον πύξοιο ποτὶ κλάδον. ὡς δ᾽ ἐνόασε
χαίρων ὥνεκα δὴ μέγα φαίνετο ὄρνεον αὐτῷ,
τὼς καλάμως ἅμα πάντας ἐπ᾽ ἀλλάλοισι συ-
(νάπτων,
τᾷ καὶ τᾷ τὸν ἔρωτα μετάλμενον ἀμφεδόκευε.
χ᾽ ὡ παῖς ἀσχαλόων, ὅττ᾽ οἱ τέλος οὐδὲν ἀπάντη,
τὼς

τὼς καλάμως ῥίψας ποτ' ἀροτρέα πρέσβυν ἵ-
(κανεν,
ὅς νιν τάνδε τέχναν ἐδιδάξατο. καὶ λέγε αὐτῷ,
καὶ οἱ δεῖξεν ἔρωτα καθήμενον. αὐτὰρ ὁ πρέσβυς
μειδιόων κίνησε κάρη, καὶ ἀμείβετο παῖδα.
φείδεο ταῖ θήρας, μὴ δ' ἐς τόδε τὤρνεον ἔρχευ,
φεῦγε μακράν. κακὸν ἐστὶ τὸ θηρίον. ὄλβιος ἔσσῃ
εἰσόκα μήμιν ἕλῃς. ἢν δ' ἀνέρος ἐς μέτρον ἔλθῃς
οὗτος ὁ νῦν φεύγων καὶ ἐπάλμενος, αὐτὸς ἀφ' αὑ
ἐλθὼν ἐξαπίνας κεφαλὰν ἐπὶ σεῖο καθιξεῖ. (τῶ

In hac Eclog. legatur pag. 53. Oeagrides iterũ ſpol.

Ad Eclogam XIIII. pertinent praecepta opera et laboris Heſiodea: ὥσοι ἕκαστα
ὥρι' ἀέξῃ). μήπως τὰ μέταξυ χατίζων
πτώσσῃς ἀλλοτρίους οἴκους καὶ μηδὲν ἀνύσσῃς.
&c. Inſerta eſt & ſententia Bionis Bucolici poetae expoſita capite 27. Stobaei, quos verſus ſubiecimus:
οὐ καλὸν, ὦ φίλε, πάντα λόγον ποτὶ τέκτονα
(φοιτῆν,
μηδ' ἐπὶ παντ' ἄλλω χρέος ἰσχέμεν. ἀλλὰ καὶ αὐτός
τεχνᾶσθαι σύριγγα, πέλει δέ τοι εὐμαρὲς ἔργον.

In hac Ecloga pag. 58. verſus a fine duodecimus perſcribatur integer hoc modo:
Hic tuus eſt labor ille, hoc eſt opus. Haud decet vllũ

Et eſt hæc Euripidis ſententia, Iphigenia Taurica: τολμητέον.
μόχθος γὰρ οὐδεὶς τοῖς νέοις σκῆψιν φέρει.

Alia neq; commonefactione neq; indicio magnopere videntur indigere. *Eclo-*

Ecloga XV. occaſionem dederunt verſus Plauti-ni in Mercatore:
Profecto ego illum hircum caſtrarier volo,
Ruri qui nobis exhibet negotium.
Sunt autem in hanc Eclogam tranſlata Epichar-mea quædam, quæ leguntur in capite CVIII. colle-ctorum vndiq; a Stobæo:

χρημάτων ἄελπτον οὐδέν ἐστιν, οὐδ᾽ ἀπώμοτον,
οὐδὲ θαυμάσιον. ἐπειδὴ ζεὺς πατὴρ ὀλυμπίων
ἐκ μεσημβρίας ἔθηκε νύκτ᾽ ἀποκρύψας φάος
ἡλίου λάμποντος· λυγρὸν δ᾽ ἦλθ᾽ ἐπ᾽ ἀνθρώπους δέος.
ἐκ δὲ τοῦδ᾽ ἄπιστα πάντα κἀπίελπτα γίνεται
ἀνδράσιν. μηδεὶς ἔθ᾽ ἡμῶν εἰσορῶν θαυμαζέτω,
μηδ᾽ ἵνα δελφῖσι θῆρες ἀνταμείψωνται νόμον
ἐνάλιον, καί σφι θαλάσσης ἠχήεντα κύματα
φίλτερ᾽ ἠπείρου γένηται. τοῖσι δ᾽ ἡδὺ ἦν ὄρος.

Ibidem exponuntur & hi verſus Lini:

ἔλπεσθαι χρὴ πάντ᾽ ἐπεὶ οὐκ ἔστ᾽ οὐδὲν ἄελπτον.
ῥάδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον οὐδέν.

Quorum interpretationem verſibus Iambicis ſe-narijs ſubiecimus:
Non eſt nefas ſperare ſemper. Nam nihil
Rerum omnium ſpem non habet. Cum ſit Deo
Et expeditum & facile, facere quæ velit.

De cæteris nihil eſt narrandum. Scribatur au-tem pagina 61. Aut chromis.

Ecloge XVI. Argumentum titulo indicatur, pleraq; autem ex Theocrito ſunt excerpta. In hac Ecloga pag. 64. ſcribatur ἐμεῦ ἄπονό. *Et pag. 70.* κατα θ ὕπν.

Ecloge XVII. Prius etiam eſt edita. Quæ vnicuiuis facile apparere poteſt, deplorari ex animo obitum opt. & doctiſsimi viri, & ſingularibus virtutis multiplicis laudibus ornatiſsimi Iohannis Stigelij: quem de optimarum diſciplinarum & artium ſtudijs & liberali doctrina inprimis bene meritum, & pietatis, religionis, veritatis maximum amatorem, non deſtitit clam palamq; inſectari improbitas turbulenta hominum inimicorum quieti & ocio, & prætendentium ſuæ acerbitati ardorem rerum diuinarum, donec mœrore ob remp. & propter priuatas etiam difficultates curis confecto cauſſam dedere mortis, permittente hoc Deo æterno, immaturæ, & noſtræ ætati lugubriter deplorandæ. Quæ pernicies vtinam non etiam latius vagãdo maiorum detrimentorum euentus cõmoueat. De quo Dei æterni & clementiſsimi miſericordia imploranda eſt. Verſus autem penultimi in hac ecloga initium ſic ſcribi debet: εὐνὴ δ᾽ ἥπερ δὴ περί.

Ecloga XVIII. Et ipſa iam antea edita fuit, Sunt autem tralata in hanc Theocritea & Catulliana ex huius carmine nuptiali, & illius Epithalamio Helenes.

Ecloga XIX. μιμικῶς *facta eſt ad imitationẽ* ἀδωνιαζουσῶν *Theocriti. Sunt autem &iam in hac ſententiæ conſolantes incommoda aduerſæ fortunæ, & celebrantes patientiam, & ſuadentes fugam repulſamq́ malorum & improborum atq́ turbulentorum. Sunt autem notæ ſententiæ : Bonus animus in re mala, dimidium eſt mali. Et: In re mala animo ſi bono vtare adiuuat. Et rurſum Plautina : Dic mihi, an boni quid vſquam eſt, quod quiſquam (vti poßiet Sine malo omni ?*

Et ex Euripide a Plutarcho hi verſus referuntur :

οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακὰ
ἀλλ' ἐστί τις σύγκρασις.

Itemq́ ex Menandro Stobæus :

οὐ γὰρ δ' ἂν οὐδὲν τῶν ἁπάντων σιμύλε
ἀγαθὸν, ὅπου τι μὴ πρόσεστι καὶ κακόν.

In Ecloga XX. eſt ἀντίθεσις *pacis & belli temporum, & illius commodorum, huius miſeriæ indicium. Et eſt Callimachi votum in hymno Cereris explicatum & religioſe expoſitum, cuius & Græcos verſus aſcripſimus :*

φέρε δ' ἀγρόθι νόστιμα πάντα (σμόν.
φέρβε βόας, φέρε μᾶλα, φέρε στάχυν, οἶσε θερι-
φέρβε καὶ εἰράναν, ἵν' ὃς ἄροσε αὐτὸς ἀμασῇ.

Et de pace, vt Philemonis apud Stobæum leguntur hi verſus:

γάμους, ἑορτὰς, συγγενεῖς. παῖδας, φίλους
πλοῦτον,

πλοῦτον, ὑγίειαν, σῖτον, οἶνον, ἡδονὴν αὕτη δίδωσιν.

Et Euripidis ſunt hi in Supplicibus:

ἔσω τε πολέμου κρεῖσσον εἰρήνη βροτοῖς.
ἣ πρῶτα μὲν μούσαισι προσφιλεστάτη,
ποιναῖσι δ' ἐχθρά. τέρπεταί τ' εὐπαιδίᾳ
χαίρει δὲ πλούτῳ.

Legitur autem non ποιναῖσι ſed γόοισι, apud Stobaum, capite LIII. vbi & hi referuntur Menandri verſus:

εἰρήνη μὲν γεωργὸν κἀν πέτραις τρέφει
καλῶς, πόλεμος δὲ κἀν πεδίῳ ἔφυ κακός.

Et Herodoti eſt hæc ſententia libro primo cuius titulus eſt Clio:

οὐδεὶς γὰρ οὕτω ἀνόητός ἐστι, ὅστις πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέεται. ἐν μὲν γὰρ τῇ οἱ παῖδες τοὺς πατέρας θάπτουσι, ἐν δὲ τῷ οἱ πατέρες τοὺς παῖδας.

Et Plutarchus Bacchylidæ verſus retulit in Numa, qui & ipſi apud Stobaum extant. Inq; iis etiam hæc inſunt:

ἔνθα δ' ἀραχναῖν ἔργα καὶ εὐρὼς δάμναται ἔγχεά τε λογχωτά, ξίφεά τ' ἀμφήκεα. χαλκέων δὲ οὐκέτι σαλπίγγων κτύπος, οὐδὲ συλᾶται μελίφρων ὕπνος ἀπὸ βλεφάρων.

QVid mouerit autorem, vt verſus iſtos, quibus titulum præſcripſit, Votum, componeret, de eo ſatis eſt declaratus ipſa expoſitione, ſenſus & affectus ipſius. Faciles autem declamationes aduerſus animorum perturbationes rebus ſecundis, & ſpecioſæ ſunt prædicationes de eodem vultu Socratis, dum fortuna proſpera eſt. Sed quemadmodum, ſecundum Pindarum: Alias alij venti ſpirant, neq; eſt idē flatus Aquilonis & Auſtri: ita profecto diuerſa tempora diuerſos efficiunt motus cogitationum humanarum. Vt Socratem quidem & Catonem ſicut Herculem, ſuſpicere & admirari, tanquam ſingularia opera naturæ liceat, nihilo minus tamen communis conditio hominum agnoſcenda, neque animalis ex humana natura tollenda ſit. Cum animo ſuo ab ineunte ætate aliquem depugnare, vt eſt apud Plautum, laudatur & prodeſt: Sed ſimiliter affici lætis ac triſtibus, neq; præcipi debet, neque fieri poteſt. Humana eſt oratio: Tu ſi hic ſis, aliter ſentias. Et ſapientiæ inuenta ſunt, tam conſolationes ad abiectos & iacentes in miſeria, quam admonitiones ad elatos & exultantes felicitate. Quorum nullus eſſet omnino vſus, ſi caderet in hominū natura illa Stoicorum ἀπάθεια, quæ eſt perpetua animi tranquillitas, neq; in ægritudine dolentis, neq; in lætitia capientis voluptatem, & quem neq; ſpes exhilaret, neq; metus contriſtet. Chriſtianorum autem celeſtis doctrina, vt ſuperbiam, quæ, vt ait Comicus, decet fortunas ſecundas, & inſolentiam retundit ac coercet, ſic afflictis & mœſtis, omnium malorum

præſen-

præſentiſsimam medicinam oſtendit, piarum precationum efficacitatem. Quam ſapientia terrena penitus ignorat. Neq; de hac re nunc plura dicenda ſunt, & de præſentibus ſatis eſſe poterit, mentionem factam eſſe prouerbij: ὅπου τις ἀλγεῖ, κεῖθι καὶ τὴν χεῖρ᾽ ἔχει.

Duo poëmatia vltima, quando ſcripta ſint, indicio anni addito oſtenditur. Quæ autem tunc tẽpora fuerint, & qui Reip. ſtatus, & quæ hominum ſpes & formido, ij nouerunt quibus ea ætate viuere contigit, & qui res negotiaq; illa animaduertere ac conſiderare potuerunt atq; voluerunt. Cæteri, ſi videbitur, de narrationibus hiſtoriarum omnia cognoſcere & perpendere animis ſuis poterunt.

FINIS.

W

LIPSIÆ

EXCVDEBAT IOHANNES RHAMBA
impenſis M. Erneſti Vöegelini.
Anno Chriſti M. D. LXVIII.